TOTIVS IVRIS CANONICI COMPENDIVM.

AVCTORE

PETRO ALAGONA

è Societate IESV.

TOMVS POSTERIOR

Continens Epitomen Decreti Gratiani.



ROMÆ, Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti. M. DC. XXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

TABVLA DISTINCTIONVM, ET CAVSARVM.

Primus numerus Diſtinctionem; ſecundus, & tertius folium in margine ſignificant.

Ordina-

DE CAVSIS.

De

De

Tabula Causarum.

De Pœnitentia, habet Distinctiones septem.

De Consecratione.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

P. Episcopus de Curte Vicesger.

EGo infrascriptus, vidi Compendium Decretorum, compilatum per adm. Reu. Patrem Petrum de Alagona Societatis Iesu; & nihil inueni contra Fidem, aut bonos mores, immo summæ profitentium facilitati pariter, & vtilitati eius editionem futuram esse credidi. Hac die 20. Augusti 1622.

Bernardinus Spada vtriusque Signaturæ D. N. P. Referendarius.

Imprimatur.

Fr. Ignatius Ciantes Romanus, Lector, & Reuerendissimi Patris Fr. Hiacynthi Petronij Sacri Pal. Apost. Magistri Socius, Ord. Prædicatorum.


EX

EX DECRETIS GRATIANI

Breuis compilatio Distinctionum, Causarum, de Pœnitentia, & de Consecratione cum Glossis.

DISTINCTIO PRIMA.

fol. 1.



CAP. *Humanum genus*. Genus humanum regitur duobus: Primo, Iure naturali, quod in lege, vel Euangelio, idest, quod tibi vis alteri feceris, & contra, Matt. 7. secundo moribus. GLOS. Tractaturus de iure canonico incipit à iure naturali, idest à simplicioribus vsque ad xv. distinctionem. Item iure naturali, idest diuino. Item moribus, idest consuetudine. Item iure humano, siue scripto, siue non. *25. q. 2. c. institutionis*. Item quod tibi vis alteri feceris, idest ex recta ratione, & dictamine, & vt præceptum, & consilium contra Glossam. Item mortem reo non infligit iudex, sed lex. *23. q. 5. c. homicidas*. 1

CAP. *Omnes leges*. Lex aut est diuina, quæ natura constat, aut humana, quæ moribus constat, ideo variæ leges humanæ. Item fas significat legem diuinam, ius legem humanam: transire per agrum alienum fas est non ius, idest non permittitur iure humano. Item licet leges discrepent, tamen non sunt contrariæ, vt lex diuina permittit transire per agrum, humana prohibet; permittere; & prohibere non sunt contraria. Item iure naturali omnia sunt communia. *c. ius naturale, eod.* sed modo ager est alienus. Item licet transire per agrum alienum aliquando, vt si debet seruitutem, si vult effodere suum thesaurum, si glans mea incidit in agrum tuum, dum via publica destructa est. 2 *Isidorus.*

CAP. *Ius generale*. Ius dictum est, quia iustum, & est generale; habet species, idest constat legibus, & moribus. GLOS. Multa iura non videntur iusta, vt qui ignoranter cognoscit vxorem adulteram, fit incapax ordinis: & per præscriptionem, vel vsucapionem quis locupletatur cum iactura tertij, & similia: Resp. pro bono pacis, & publico inducitur rigor contra naturalem æquitatem, quandoque sine ratione, & sufficit quod sit scriptam. 3

CAP. *Lex est constitutio scripta*, & CAP. *Mos est longa consuetudo de moribus tantumodo tracta*. GLOS. in criminalibus duæ vices inducunt consuetudinem, sed in alijs tres non sufficiunt. De iure canonico consuetudo non valet, nisi sit præscripta, & rationabilis. *c. vlt. de consf.* videtur quod quatuor actus satis sint. 4

CAP. *Consuetudo*. Consuetudo est ius constans moribus; & quando deest lex, sumitur pro lege, nec refert si non est scripta, satis est quod ratio eam cōmendat, vt legē, quæ vtilis disciplinæ, vel saluti, vel religioni. GLOS. Con- 5

suetudo redacta in scriptis vocatur constitutio, vel ius; non scripta dicitur
6 consuetudo eodem nomine. Item multæ vices etiam replicatæ non faciunt consuetudinem, quia potest esse ex gratia, vel tolerantia, vt sæpe permittatur. *c. Abbate ext. de verbor. signif.* vt si pluribus vicibus ita iudicatum sit; non ideo in posterum ita iudicandum est, quia non exemplis, sed legibus iudicandum, vt *cap. cum causa, de sent. & re iudic.* & tamen secundum consuetudinem bene iudicatur. *c. cum venisset extra de eo, qui mitt. in poss.* & *c. Ranutius, de test.* & tamen secundum consuetudinem vere iudicamus. Quare inter alia requiritur, vt vicibus sit institutum, quod illud à modo pro consuetudine seruetur, & multa alia, *dist 8. c. frustra,* vbi videbitur quando consuetudo præiudicat iuri, cum hic dicatur, quod cum deficiat lex, habetur consuetudo. Item Iudex maxime delegatus primo iudicabit secundum canones; & si non sunt, secundo secundum leges; si non, tertio secundum consuetudinem vniuersalem; si non est, quarto secundum particularem; si non est, quinto ad vicinos, vel ex similibus ad similia; sexto ad Romanam, & deficiente lege, & canone, potest allegari ratio.

7 CAP. *Ius*. Ius aut est naturale, aut ciuile, aut gentium.

CAP. *Ius naturale*. Est commune omnibus instinctu naturæ, non ex lege, vt coniunctio maris, & fœminæ, educatio filiorum, communis possessio, omnium libertas, acquisitio eorum, quæ cælo, terra, marique capiuntur, restitutio, depositi, vel commodati, vim vi repellere, & similia. GLOS. Nota. Natura hic dicitur instinctus ex ratione proueniens, ex quo nascitur naturalis æquitas, vel præcepta naturalia, & diuina. Item inuenta, quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti.

8 CAP. *Ius ciuile est*. Quod populus, vel ciuitas sibi proprium constituit causa Dei, vel hominum, aliqua ecclesia potest sibi ius statuere.

CAP. *Ius gentium est*. Quia eo iure omnes ferè gentes vtuntur, vt sedium occupatio, ædificatio, bella, seruitutes, fœdera. GLOS. Qui legatos etiam hostium impedit excommunicatur. *distinct. 94. c. si quis*, & secundum leges traditur hostibus, vt seruus.

CAP: *Ius militare est*. Vt solemnitas inferendi bellum, fœdus, pugnam, regressum, pœnam criminis, modus stipendij, & honoris, diuisio prædæ pro meritis, & principis portio. GLOS. In bello publico qui fugit, est infamis secundum canones, & secundum ius plectitur capite.

9 CAP. *Ius publicum*. Est in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus. GLOS. Qui offendit aliquid horum, facit contra publicum.

CAP. *Ius Quiritum*. Est proprium Romanorum, in quo agitur de legitimis hæreditatibus, de erectionibus, de tutelis, de vsucapionibus.

DISTINCTIO II.

De speciebus iuris Quiritum, seu Romanorum.

CAP. *Lex est constitutio, qua cum maioribus natu, idest dignioribus aliquid sanxerunt*. Is hodie populus concessit Imperatori potestatem.

CAP. *Plebiscita* sunt quæ plebes tantum constituunt, quæ sciunt, vel sciscitantur, vel rogant inter eos, vt fiant. GLOS. Propter discordiam inter eos, & nobiles.

CAP.

CAP. *Senatusconsultum* est quod senatores consulendo populis decernūt.
CAP. *Constitutio* est Principum, edicta, Prætorum. 10
CAP. *Responsa prudentum*, quæ Iurisconsulti consulentibus dederunt; vnde sunt institutiones iuris ciuilis.
CAP. *Quadam* etiam leges nominantur à cōditoribus, vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ, vt Papia, Falcidia.
CAP. *Satyra* lex, quæ loquitur de pluribus rebus à saturitate, seu copia: vnde satyra, scribere est, varia poemata condere.
CAP. *Rhodia*: est lex naualium commerciorum, quæ erat multa Rhodi.
* Nota: hæ sunt leges seculares. Et quia constitutio, vel est ciuilis, vel ecclesiastica, idest canon, nunc aget de canone.

DISTINCTIO III.

fol. 2.

CAP. *Canon græce, latine regula nuncupatur*. & CAP. *Regula* dicitur, quia recte ducit, vel quia regit, vel dat normam recte viuendi, vel corrigit distortum. Item canonum alij sunt decreta Pontificum, alij statuta Conciliorum, vel Generalium, vel Prouincialium cum legato Papæ, vel sine. GLOS. Legatus Papæ dicitur esse principaliter ad hunc effectum, quia sub generali mandato non conceduntur, quæ specialiter Papa concedit. 1

CAP. *Priuilegia* sunt quasi priuatæ leges priuatorum. GLOS. Verba priuilegij (vt sicuti iustè possides) apponuntur causaliter, idest quia iuste; & nō conditionaliter, quia est lex, & lex debet esse certa ex Innocentio, aliàs esset inutile priuilegium. Item officium legis est præcipere bona, prohibere mala, permittere licita, aliquando illicita, vt de repudio. 2

CAP. *Omnis lex*, aut permittit, aut vetat, aut punit, aut precipit. GLOS. Lex dicitur permittere tripliciter. Primo, quia nullo iure prohibet, vt secundas nuptias. Secundo, indulget contra constitutiones humanas, vt contrahere in quinto gradu. Tertio, illicitum ad euitandum maius malum.

DISTINCTIO IV.

CAP. *Facta sunt autem leges*. Finis legum est, vt metu arceatur audacia, sic inter improbos tuta sit innocentia. Item in constituenda lege sunt consideranda, honestas, iustitia, possibilitas, conuenientia, &c. 3

CAP. *Erit autem*. Lex sit honesta, iusta, possibilis secundum naturam, & consuetudinem patriæ, conueniens loco, & tempori, necessaria vitilis, manifesta, ne quis per obscuritatem decipiatur, non pro priuato, sed communi commodo.

CAP. *In istis temporalibus*. Leges debent iudicari an sint bonæ dum instituuntur, quia postquam sunt institutæ, debet iudex inferior secundum illas iudicare, & non de illis. Item leges instituuntur, cùm promulgantur, firmantur, cùm moribus vtentium approbantur, sicut moribus vtentium abrogantur, & multæ sunt abrogatæ, v.g. vt clerici in Quinquagesima abstineant carnibus. Telesphorus ep. 1. GLOS. Si in ferenda lege omnes contradicerent Papæ, standum est sententiæ Papæ. 35. q. 41. c. *veniam*, nisi contra fidem diceret *c. sunt quadam*, 25. q. 1. Item abrogare est in totum tollere legem, derogare in partem. Item consuetudo rationabilis, & præscripta tollit legem, 4

Telesphorus. *ext. c. vlt. de consuet.* etiam sine scientia Principis, quia difficile est eum scire omnes consuetudines.

5 CAP. *Statuimus.* Clerici per septem hebdomadas ieiunent etiam vsque ad Pascha. GLOS. Caput hoc non tenet.

CAP. *Quadragesima sex septimanas habeat.* GLOS. Est abrogatum, sicut & præcedens.

CAP. *Denique.* Clerici incipiant ieiunare à quinquagesima. Item laici non sunt cogendi, vt abstineant die Dominico à comessationibus, ne peiores fiant; qui multum emungit, elicit sanguinem. Item abstineant non solum à carnibus, sed à lacticinijs, quia trahunt originem sementinam à carnibus, vt lactea. * Nota hæc, vel sunt de consilio, vel abrogata.

DISTINCTIO V.

6 IVs naturale ab alijs iuribus differt in multis. Primo tempore, quia est ab exordio creaturæ rationalis. Secundo est immutabile, licet aliqua contraria videantur in lege, & in Euangelio, vt in lege *Leu. 12.* Mulier fœta prohibetur ab ingressu ecclesiæ, nunc permittitur statim; sic de menstruata *Leu. 15.* vt Greg. scribit Aug. Episcopo Angliæ: putat enim ius naturale esse comprehensum in lege, & Euangelio tantum. GLOS. Ius naturale differt ab alijs iuribus in quatuor, Origine, Dignitate, Amplitudine, & Rigore, obiectiones soluit *dist. 6. c his itaque.*

CAP. *Cum enixa.* Si peperit masculum non intrabit ecclesiam per 33. dies, si fœminam per quadraginta sex.

Gregor. CAP. *Si mulier.* Mulier, quæ peperit, eadem hora potest ingredi ecclesiam ad agendum gratias, quia in partu est dolor, & non peccatum. GLOS. Consuetudo præualet pœnitentiali Theodori, & potest ingredi sine causa. *c. volens extra de puerperio post partum.*

CAP. *Baptizari.* Quando est periculum, tunc statim sine mora puer est baptizandus, secus in viuentibus, & discernentibus. GLOS. In periculo animæ mora est vitanda. *cap. de Syracusana, dist. 28. cap. ne quid absit, de consecr. dist. 4.*

7 CAP. *Ad eius.* Maritus non debet coire cum vxore, donec puer fuerit ablactatus. Item matres ob incontinentiam non debent tradere filios alijs lactandos. Item quæ ex praua consuetudine filios tradunt alijs mulieribus non misceantur viris, nisi post tempus purgationis *Leu. 15.* sed dum est in menstruis potest ingredi ecclesiam, quia inuita, & non cum culpa patitur menstrua, sicut mulier cum fluxu sanguinis tetigit Saluatorem, & sanata est. Item potest accipere Eucharistiam, sed si ex deuotione abstinet, laudatur, quia bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est.

GLOS. Tempore lactis prohibetur mixtio feminis, ne proles nascatur morbosa. Item tempore menstrui, vel purgationis, si mulier petit debitum à viro, non reddet, nisi timeatur fornicatio, *c. duo mala, dist. 13.* si vir petit à muliere, mulier negabit, & dicat causam. Item facta ab inuitis non sunt improbanda. Item quod vni conceditur, alijs videtur esse concessum, si de iure communi, secus si ex priuilegio.

DISTINCTIO VI.

CAP. *Testamentum*. Pollutio nocturna si accidit ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, non prohibet à Communione, vel à Missa, nec timenda, quia animus patitur, si à superfluitate cibi non prohibet, si adsit necessitas, & sine necessitate, licet non prohibeat, tamen humiliter debet abstinere, si animus dormientis non sit fœdatus turpibus imaginationibus; si est ex turpi cogitatione vigiliæ, oportet abstinere, quia est reatus cum sciens cogitauerit. GLOS. Abstinere à celebratione pro peccato veniali, est consilium; sed si vult potest celebrare; sed debet pro mortali peccato, idest pro quo potest excommunicari. *c. 2. si non sunt, &c. c. quotidie, de consecrat.* & *de cohabitatione cler. & mul. c. vlt.* nisi post pœniteat. *c. quæsitum, de temp. ordinan.* 8

CAP. *Sed pensandum*. In suggestione non est peccatum, sed semen peccati. In delectatione nascitur, & nutritur peccatum. In consensu perficitur, & sæpe caro delectatur, & animus contradicit delectationi, & sic tanquam inuictus dicitur ligatus delectatione. Ad Romanos Apost. *Video aliam legem in membris meis repugnantem;* & sic erat captiuus, & vt liber repugnabat 9

CAP. *Non est*. Nocturna pollutio simpliciter non est peccatum, nisi præcesserit voluntaria cogitatio inhonesta in vigilia. Resp. Quæstioni factæ in dist. 5. quod non quicquid est in lege, vel Euangelio, est ius naturæ, quia sunt quædam mysteria, idest figuræ, & hæc variantur quantum ad iustitiam, non quantum ad moralem intelligentiam. Item ius consuetudinis fuit postquam homines conuenerunt in vnum. 10

DISTINCTIO VII.

CAP. *Moyses*. Ius constitutionis cepit à Moyse, Hebræis, & alijs, ab alijs, &c.

CAP. *Fuerunt*. Numerantur decem translatores legum in tabulas.

DISTINCTIO VIII.

fol. 3.

Iure naturæ omnia communia, omnibusque, sed iure consuetudinis, vel constitutionis fit meum, & tuum. 1

CAP. *Quo iure*. Iure diuino omnia communia: humano, idest Imperatorum, est meum, & tuum, & sic honorandi Reges 1. Petri 2. GLOS. Aug. agit contra hæreticos, qui conquerebantur se spoliatos bonis ab Imperatore, &c. Ius naturale præualet consuetudini, & constitutioni, quæ si sit contra ius naturale, fit vana, & mala.

CAP. *Quæ contra mores*. Deo super omnia obediendum est, etiamsi iubeat contra pactum, & leges humanas.

CAP. *Mala*. Mala consuetudo, at corruptela, est statim vitanda, ne apud malos in legem transeat. 2

CAP. *Veritate*. Consuetudo cedit veritati, & rationi manifestatæ.
GLOS. Consuetudo quandoque præualet legi; *de consecrat. c. vlt.*

CAP. *Si consuetudinem*. Veritas est præponenda consuetudini, quia Christus est veritas, & vsus contrarius est abolendus.

CAP. *Qui contempta*. Idem quòd in præcedenti. & CAP. *Frustra*. Idem 3

quod in præcedenti; sed si veritas suffragatur consuetudini, nil firmius: GLOS. In multis consuetudo præiudicat iuri, vt persona alias ineligibilis fit consuetudine eligibilis, *dist.* 12. vt alij cogantur eligere de aliqua ecclesia. *c. cum dilectus, de consecr.* & Episcopus potest eligi in præpositum. *c. cum nostris. de consec. dist.* 1. & ecclesia minor cum cathed. eligit, & solus Abbas sine consensu fratrum confert stipendia, & valet in baptismo, & matrimonio. Item consuetudo vt præiudicet iuri requirit multa. Primo sit præscripta; secundo, quod obtinuerit in contradictorio, iudicio populi: tertio, eo animo fiat, vt credat se ius habere, & in posterum illud intendat facere: quarto, quod res illa sit præscriptibilis: quinto, quod possit dici antiqua, & approbata: sexto, contineat naturalem æquitatem: septimo, sit de scientia principis inducta, non tamen de tolerantia, nec per errorem: octauo, maior pars populi inducat.

CAP. *Consuetudo.* Quæ ex errore, vel sine veritate, est reijcienda.

CAP. *Si solus.* Oportet sequi Dei veritatem, non hominũ consuetudinẽ.

DISTINCTIO IX.

4 IVs naturale præualet constitutionibus. GLOS. Sicut consuetudini, *dist.* 8. & ius naturale intelligit ius diuinum in lege, & Euangelio.

CAP. *Imperatores.* Qui legibus Imperatorum si sunt malæ, idest contra Deum, non obediunt, sunt præmiandi; si sunt bonæ, idest pro Deo, puniendi.

CAP. *Iustum est.* Principes ex æquo debent seruare leges, quas populis dant.

CAP. *Noli meis.* In scripturis canonicis omnia, quæ dicuntur, sunt certo credenda: non sic in scriptis Augustini, nisi sint firma, vt modò sunt.

CAP. *Negare.* In operibus Augustini multa possunt esse, quæ recto iudicio, & sine temeritate damnari possunt.

5 CAP. *Ego solis.* Solum in scripturis canonicis non potest reperiri falsitas, licet aliqua ego non intelligam; alijs Doctoribus non quia ipsi dicunt, ego credo.

CAP. *Vt veterum.* Libris veterum hebræa volumina, nouis græca auctoritatem dant. GLOS. Idest testamento nouo græca, veteri hebræa.

CAP. *Si ad scripturas.* Si mendacia etiam officiosa admittantur in scripturis, nihil auctoritatis remanebit.

CAP. *Quis nesciat.* Non licet dubitare in aliquo de scriptura, non sic de literis Episcoporum.

CAP. *Noli frater.* In scriptura nihil reprehendendum, in literis Episcoporum possunt reprehendi.

CAP. *Neque.* Non est par auctoritas Scripturæ, & expositionum eius.

CAP. *Sana.* Ratio iuris naturalis est anteponenda exemplis, quando non concordant iuri naturali. ergo ius naturale, & lex diuina conueniunt, quia volunt, quod Deus vult, & quod contrariatur vni, contrariatur & alteri. *c. fin. de secundis nupt.* & *c. 1. de operis noui nunc.*

DISTINCTIO X.

6 *Nicolaus Papa.* COnstitutiones Principum cedant iuri Canonico, & probat per quinque:

CAP. *Lege.* Leges secularium non possunt inferre præiudicium legibus

bus Ecclesiasticis, sed sunt postponendæ: patet ex Innocentio, & Greg. GLOS. Imperator diuidens prouincias, non diuidit episcopatus, sed solus Papa diuidit. Item Imperator de rebus Ecclesiæ non potest facere leges, *dist.96. c.bene:* nisi hoc petat Ecclesia, *dist.17.* vel det priuilegium Ecclesiæ *c.16.quæst.1* Item Episcopus inuito Plebano, non potest diuidere parochiam, nec Papa episcopatum inuito Episcopo 16. *q.1. c.multis*, sed melius, quod potest ex causa, & etiam Episcopus ex causa. Item Iustinianus errauit, vel permisit ob fornicationem matrimonium diuidi. 7

CAP. *Non licet*. Imperator non potest facere aliquid, quod obuiet iuri diuino, vel ecclesiastico. *Symmac.*

CAP. *Certum est*. In causis ecclesiasticis Regia voluntas est subijcienda sacerdotibus. *Felix.*

CAP. *Constitutiones*. Imperator non potest quicquam facere contra ius diuinum, vel ecclesiasticum, & leges contrariæ non valent, nec contra bonos mores.

CAP. *Imperium*. Reges non debent vsurpare ea, quæ sunt sacerdotum. *Nicolaus*

CAP. *Suscipitis*. Tribunalia Regum sunt subiecta sacerdotibus, & terrena cedunt diuinis, & caro spiritui. quando leges principum non contradidunt canonibus, vel Euangelio, reuerenter sunt suscipiendæ.

CAP. *Si in adiutorium*. Ecclesia si pro suo auxilio accipit leges principum non reprehenditur, nam Paulus hoc fecit. 8

CAP. *Quoniam*. Imperatores indigent Pontifice pro æterna vita, & Papa vtitur Regibus pro temporalibus. GLOS. An Papa habeat Imperium, & sic vtrumque gladium putat, non nisi in certis casibus. *Nicolaus*

CAP. *De capitulis*. Papa profitetur seruare præcepta Imperialia. *Leo.*

CAP. *Vides*. Quod fit contra leges, per leges dissoluitur. GLOS. Multa facta tenent quæ fieri prohibentur, & sic, nisi tolerentur.

CAP. *Qui autem*. Contemnere leges est peccatum, sed non parere, non semper est peccatum. *Gelasius*

CAP. *Certum est*. Leges Romanorum sunt seruandæ etiam in negotijs clericorum. GLOS. Nisi obuient canonibus.

CAP. *Vestram*. Seruentur leges Romanæ omnino, vel quis patiatur. *Leo 1*

DISTINCTIO XI.

Consuetudo cedit legi. GLOS. Consuetudo mala, non bona siue vniuersalis, siue particularis. 9

CAP. *Vsus*. Prauum vsum lex, & ratio debent superare.

CAP. *Consequens*. Consuetudo non potest impedire statuta Papæ plena auctoritate facta. GLOS. Nisi habeat vim legis. *Nicolaus*

CAP. *Nolite*. Non licet discedere à iure canonico, & statutis Papæ. *Iulius.*

CAP. *Consuetudinis*. Auctoritas consuetudinis non est tanta, vt vincat leges, & rationem. GLOS. Nisi in loco vbi est, vel nisi sint ea, *dist. 8.* consuetudo quando non obuiat humanis, vel ecclesiasticis legibus, est seruanda.

CAP. *Ecclesiasticarum*. Consuetudines, quæ non sunt contra ius, omnino seruandæ, vt in Missa, in oratione, in Baptismo, & simili. 10

CAP. *Consuetudinem*. Consuetudo est laudabilis, quæ non est contra Fidem. GLOS. Idest contra bonos mores, nec sit superstitiosa. *Pius.*

CAP. *In his*. Vbi deest scriptura, sunt seruanda statuta, & consuetudo; vt lex diuina sub pœna.

CAP. *Ecclesia*. Ecclesia Catholica regitur tribus, scriptura, consuetudine vniuersali, vel particulari, pro loco particulari.

CAP. *Palam*. In re dubia ad fidem faciendam, valet auctoritas Ecclesiæ Romanæ.

fol. 4. CAP. *Hoc vestra*. Non licet recedere ab institutis Ecclesiæ Romanæ sub

1 pœna vltionis.

Innoc. CAP. *Quis nesciat*. Quod Romana seruat Ecclesia omnes seruare debent, quæ Episcopos creat, &c.

DISTINCTIO XII.

NVlli licet agere sine discretione iustitiæ, idest sine ratione. GLOS. Idest

2 à consuetudine Romanæ Ecclesiæ non discedendum.

Calistus. CAP. *Non decet*. Membra non debent discedere à capite, & sicut Christus fecit voluntatem Patris, sic & nos & matris, quæ est Ecclesia, cuius caput est Romana Ecclesia; quare, si quid fit sine discretione iustitiæ, contra disciplinã Romanæ Ecclesiæ, nulla ratione potest ratũ haberi. GLOS. Nec potest probari, si fiat cum discretione 17. *quæst.4.§.qui autem*.

CAP. *Præceptis*. Seruentur præcepta Apostolica, scilicet Romanæ Ecclesiæ, quæ est caput, & hoc est antiquum, & ad hoc caput referenda relatio omnis Religionis, vt sumant normam, vnde sumpsit exordium, aliter non communicant, & diuellentur à soliditate Petræ Apostolicæ, & hostis habebitur percepti honoris. GLOS. Si præcepta sint dura, sunt seruanda, vel assignanda ratio, quare adimpleri non possunt, *de rescrip. c. si quando*. Item qui iurat non alienare nouum feudum, potest alienare feudum de nouo vacans, *c. ex parte, de feudis*. Item per confirmationẽ Papæ non datur ius nouum. *c cum dilecta, de confir. vtil.* Item solus Papa potest condemnare Episcopum, licet ab alio possit absolui: *c. quamuis, 3. q. 4.* & solus Papa eum restituit *c. ideo 2. q. 6.* & solus Papa agit de renuntiatione, mutatione, exemptione Episcopi.

3 CAP. *Scit sancta*. Non est resistendum consuetudini, si ei non obstat canonica auctoritas, si sic, secus.

Leo. CAP. *Illud breuiter*. Traditiones Ecclesiasticas, & consuetudines locorum, quæ non sunt contra fidem, vel mores, seruare debemus. GLOS. Quælibet Ecclesia faciat id, quod aliæ faciunt de iure communi, nisi præscripserit; vel habeat priuilegia. Item quando iudex iudicabit secundum consuetudines, & cuius loci consuetudines.

Nicolaus CAP. *Ridiculum*. Capitulationes patrum non infringendæ.

CAP. *Diuturni*. Mores diuturni consensu vtentium approbati, legem imitantur.

CAP. *Consuetudo* præcedens, & ratio consuetudinis est tenenda, & si quid fit contra longam consuetudinem, est reuocandum. GLOS. Consuetudo est tenenda, si non est contraria iuri scripto. Item longum est si per x. vel xx. annos, & non requiritur, vt sit immemorabilis, vel vt sit præscripta, si non est iuri contraria; & quando est iuri contraria, seruentur ea, quæ sunt in *dist. 8. cap. frustra*.

4 CAP. *Nos consuetud.* Consuetudo, quæ nihil vsurpat contra Fidem Ca-

Grigor. tholicam,

tholicam, permanet immota. Item Donatistæ venientes ad Ecclesiam, & si permittantur habere dignitates,non tamen vt fiant Episcopi. GLOS. In electione attenditur consuetudo. Item persona ineligibilis ex consuetudine fit eligibilis. Item quis dispensatur,vt habeat vnum ordinem, sed non vt ascendat ad maiorem ordinem. Idem de honoribus,&c. de iure communi,quod nullus rediens ab hæresi, potest ordinari, sed cum eis dispensatur, vel semiplene, idest ad minores ordines, plene ad sacerdotium, plenior ad episcopatum, sed non ad primas, plenissime ad omnes dignitates.

CAP. *Quemadmodum*. Quæ sunt consuetudines non negantur. 5

CAP. *Nouit*. Consuetudines longæ non solum Romanæ,sed cuiusuis Ecclesiæ amplectendæ. Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. GLOS. Loquitur de consuetudine,quæ consistit in obsequijs.

CAP. *Illa autem*. Quæ generaliter seruantur in Ecclesia, debemus credere esse, vel ab Apostolis,vel à concilijs, &c. Item quæ non sunt contra Fidem, vel bonos mores, sunt seruandæ consuetudines locorum quò venerit, vt ieiunare tali die, vel non sæpe communicare, vel offerre. GLOS. Cum fueris Romæ,Romano viuito more:& si sis alibi,viuito sicut ibi. Viator quomodo viuet? Vide *dist*.100. quæ contra Grat. intelligitur de consuetudine vniuersali,vel præscripta, reliquæ variæ potius reseruandæ cum oportunitate.

CAP. *Omnia*. Consuetudines onerosæ, quæ nec à Scriptura, nec à Concilijs, nec vniuersali consuetudine introductæ,de quibus vix potest ratio inueniri quatenus sint inuentæ, non sunt tolerandæ, sed resecandæ, nec tolerabilior sit hebræorum conditio. 6

CAP. *De his*. Prouinciæ, & ecclesiæ in psallendo seruent modum ecclesiæ Metropolitanæ,& qui contra facit,sit excommunicatus per sex menses. Metropolitani cogant Episcopos, Episcopus Rectores ecclesiarum cogat hæc seruare: excipit Monacos, &c. *Concil. Tolet.*

CAP. *Placuit*. Idem quod supra. GLOS. Istis capitulis est derogatum per consuetudinem. *Bracarens.*

DISTINCTIO XIII.

NOn admittitur dispensatio contra ius naturale; quando duo mala vrgent, alterum est eligendum. GLOS. Non datur perplexio in re, sed in falsa æstimatione,quæ est relinquenda: & respondet ad vana argumenta, idest exempla. 7

CAP. *Duo mala*. Ex duobus malis, quando vitari non possunt, minimum est eligendum. Item qui iurat hominem interficere, non debet interficere. GLOS. Pro illo potius est iudicandum,pro quo plures rationes faciunt. Item deteriorem causam contra quamplura faciunt. *Tolet.*

CAP. *Nerui testiculorum*. Idem quod supra, & perplexitas est à Diabolo, dat sua exempla. Primo,de eo,qui iurat celare secreta sui amici, qui vult interficere maritum suæ adulteræ. Secundo, qui promisit obedientiam Prælato ecclesiæ, iubet malum. Tertio, qui simoniace obtinet prælaturam, & timet relinquere ne peccet. *Gregor.*

DISTINCTIO XIV.

AN homo sicut pro se potest eligere minus malum, sic pro alio, idest committat minus malum, vt alij grauiora vitent.

CAP.

8 CAP. *Quod ait*. Aug. respondet, non licet, & reprobat factum Loth, qui voluit exponere filias pro Angelis, &c. GLOS. Non est admittenda compensatio in malis, & nemo debet facere vnum peccatum veniale, ne aliquis peccet mortaliter,&c. GRAT. Consuetudinis, vel constitutionis rigor aliquando relaxatur.

Leo. CAP. *Sicut quaedam*. Aliqua debent temperari,vel necessitate temporum, vel consideratione ætatum, vt in dubijs sequamur ea, quæ non sunt contraria Euangelio, vel decretis Patrum.

DISTINCTIO XV.

9 HActenus egit de iure naturali, constitutionibus, & consuetudinibus, Nunc de constitutionibus Ecclesiasticis, vnde habeant originem, & auctoritatem.

CAP. *Canones*. Canones generalium Conciliorum cœperunt tempore Constantini, quia prius non licebat christianis conuenire,hinc hæresis. Item quatuor Concilia Generalia, idest Nicenum, Constantinopolitanum,Ephesinum, Chalcedonense tenenda, vt quatuor Euangelia. Idem de reliquis.

Gregor. CAP. *Sicut Sancti*. Greg. acceptat quatuor Concilia, vt quatuor Euangelia. Item & quintum, & explicat, quod in vnoquoque damnatur.

CAP. *Sancta Romana Ecclesia*. Approbat omnia Concilia generalia, reprobat Conciliabula. Item numerat opuscula Patrum, quæ sunt recepta, & quæ sunt apocrypha. Item numerat hæreticos,qui scripserunt. Item in diuinis officijs, quæ legantur, & quouis tempore.

DISTINCTIO XVI.

10 CAnones Apostolorum, qui sunt translati à Clemente,sunt quinquaginta. GLOS. Canones Apostolorum sunt recipiendi, Pseudoapost. non.

Petrus. CAP. *Canones*. Canones, qui dicuntur Apost. licet vtilia contineant, tamen sunt apocryphi. * Nota. Glos. errat in libris Scripturæ, dum vocat apocryphos.

Zepher. CAP. *Sexaginta*. Sexaginta canones Apostolorum sunt recipiendi.

Leo. CAP. *Clementis*. Liber Clementis, seu itinerarium Petri, & Apost. est apocryphus vltra 50.

Sexta Synodus. CAP. *Placuit*. Sexta Synodus confirmat 85. Canones Apostolorum. Isidorus dicit canones Apostolorum esse recipiendos, quia plures etiam patres receperunt, & aliqui in Breuiario. GRAT. Canones Apostolorum non

fol. 5. sunt apocryphi, sed recipiendi, quia Adrianus in 6. Synodo eos recepit.

1 CAP. *Sextam*. Sextam Synodum sanctam in omnibus canonibus suis recipit Adrianus Papa.

Adrian. CAP. *Habeo*. Sexta Synodus bis congregata canones composuit. GLOS. Dicitur eadem Synodus, quia ijdem Patres conuenerunt.

CAP. *Quoniam*. Sexta condidit canones, & approbat multos Patres, & Scriptores, & Concilia.

CAP. *Sancta*. Vera Concilia approbantur à Romano Pontifice.

CAP. *De temporibus*. Quinque Concilia quo tempore fuerint congregata, *c. 1*. Idem quod supra, & addit causas.

CAP.

CAP. *Prima*. Numerat 24. Synodus, & vbi fuerunt, & quot Canones, & Patres. CAP. *Prima, ij.* agit de numero cap. Niceni Concilij.

CAP. *Viginti*. In Romana Ecclesia sunt tantum 20. capitula, ex Niceno Concilio, alia ex negligentia deperdita.

CAP. *Quod dicitis*. Concil. Sardicense recipitur auctoritate Apostolica.

DISTINCTIO XVII.

Solus Papa, idest Sedes Apostolica, potest congregare Concilium generale. 2

CAP. *Si nondum*. Sine auctoritate Sedis Apostolicæ non potest congregari Concilium, nec condemnari Episcopus appellans ad eam. GLOS. Metropolitanus potest facere Concilium sine auctoritate Primatis, & Episcopus episcopale, sine auctoritate Metropolitani. *Marcellus.*

CAP. *Regula*. Concilium generale sine auctoritate Papæ, vel Legati, non potest fieri, nec quid statuere. GLOS. Legatus ad id specialiter deputatus. *Iulius.*

CAP. *Huic soli*. Nullus vsurpet, quæ soli Papæ competunt. GLOS. Quod est proprium Papæ non transfertur generali mandato, sed speciali. *Damas.*

CAP. *Nec licuit*. In dubijs conciliorum ad solum Papam recurrendum, nec particularis Synodus potest sub pœnis, &c.

CAP. *Multis*. Concilium sine auctoritate Papæ est conciliabolum sub pœna excommunicationis. Item maiores, & difficiliores quæstiones ad Sedem Apostolicam referantur. *Pelagius*

CAP. *Concilia* prouincialia sine auctoritate Papæ non habent vim, & in maioribus negotijs ad Papam recurrendum. GRAT. Papa non potest iudicari à Synodo, vt Symmacus tempore Theodorici Regis. *Symmac.*

CAP. *Episcopos*. Episcopi in sedendo, vel subscribendo in Concilijs seruant ordinem secundum tempus suæ ordinationis. GRAT. Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, vt apparet in Cardinalibus, & Episcopis.

DISTINCTIO XVIII.

Episcopi sine Papa non possunt celebrare Concilia ad aliquid definiendum, vel statuendum, sed possunt ad corrigendum, & exhortandum, & obseruantur quæ præcepta sunt generaliter, vel specialiter. GLOS. Episcopi non possunt aliquid constituere generaliter, sed possunt in sua Diœcesi, vel Prouincia. 3

CAP. *Placuit*. Ordo locorum in Episcopis est secundum tempus suæ ordinationis, & Metropolitanus est in primo loco.

CAP. *De Concilijs*. Synodi episcopales fiant bis in anno, in quibus iudicetur de quæstionibus clericorum, & quæstio de maioribus peccatis referatur ad primatem, apud quem, si non potest terminari referatur ad Papam. GLOS. est correctum, semel in anno *c. sicut olim, de accusat*. Item Primas non debet interesse concilio Metropolitani. Item Archiepiscopus in magnis negotijs consulat suum Primatem. Idem iudex à quo debet instruere iudicem ad quem. *Leo.* 4

CAP. *Habeatur*. Concilia Episcopalia fiant ante Quadragesimam, & in Autumno. *Nicen.*

CAP.

Antioch. CAP. *Propter*. Idem,sed fiat post Pascha ante Pentecost. & Idibus Octobris adsint presbyteri, decanus , & omnes offensi. GLOS. Quilibet Episcopus potest facere Concilium episcopale irrequisito Metropolitano , sed non prouinciale .

Laodic. CAP. *Non oportet.* Episcopi non infirmi si vocati non adeunt Synodum, seipsos condemnant . GLOS. Idest debent excommunicari .

Chalcedonense. CAP. *Peruenit*. Episcopi, qui vocati , & sine legitimo impedimento non veniunt bis in anno ad Concilium,corripiantur . GLOS. Causæ excusantes quæ hic , & de consec. *dist*.4. *c. hi qui* .

vij. Syn. CAP. *Quoniam* . Synodus episcopalis fiat semel in anno, & qui princeps hoc prohibet excommunicetur, & Metropolitanus, qui hoc negligit sine causa,subiaceat pœnis canonicis. Item in Synodo vacent diuinis . Item Metropolit. si quid expetit ab Episcopo,soluat quadruplum . GLOS. Vt reuocentur rescripta, & priuilegia , requiritur vt fiat mentio de illis, non sic in constitutionibus , quia Papa habet omnia iura in sui pectoris scrinio . Item testamentum reuocatur per secundũ non facta mentione primi, nisi in duobus casibus . Primo,si sit factum inter liberos : secundo, si dixit,si fecero secundum non valeat . Item Princeps potest excommunicari etiam à sacerdote.Item facta contra violenter detentum reuocantur saltem per in integrum restitutionem . Item clericus potest puniri pœna pecuniaria, nisi sit pœna

5 specialis in iure statuta . Item punitur pœna concussionis,idest in quadruplũ.

Leo. CAP. *De Eulogijs* . Presbyteri venientes ad Synodum non sunt cogendi ferre eulogia , idest munuscula , sed, si deferant , non spernenda .

CAP. *Episcopus ad Synodum* . Episcopus vocatus debet ire ad Synodum , & si graui morbo detinetur,mittat Legatũ pro se,& recipiat statuta Synodi.

Carthaginens. CAP. *Placuit*. Episcopus si legitime impediatur ne eat ad Synodum,scribat impedimentum ad Primatem , secus non communicet cum Episcopis . GLOS. Ad negotia, vel consecrandum .

CAP. *Episcopus non debet* . Episcopus non debet cogere Abbatem ire ad Synodum . GLOS. Cisterciensem, nam alij Prælati debent ire .

Arelat. CAP. *Si quis* . Qui negligit interesse Synodo , vel ante dissolutionem discedit, excommunicatur vsque ad aliam Synodum, vt supra .

Ariens. CAP. *Si Episcopus* . Idem quod supra, & addit quod excusat Regia præceptio , ne eat . GLOS. Si habet feudum .

Cheraconens. CAP. *Si quis*. Idem vt supra. CAP. *Propter*. Bis in anno Synodus fiat; veniant læsi,fiat iudicium . Episcopus non faciat Conc. generale . CAP. *Annis*. Episcopus singulis annis in sua Diœcesi faciat Synodum cum suis Clericis , & Abbatibus, & discutiat alios etiam monachos . Item singuli Episcopi notificent suis ecclesijs, quæ in Concilijs fuerint statuta .

Tolet. CAP. *Decernimus*. Episcopus notificet suis ecclesijs acta Concilij congregando omnes intra sex menses : si negligit , sit excommunicatus per duos menses . GLOS. Idest suspensus ab officio .

DISTINCTIO XIX.

6 AN epistolæ Decretales Papæ, quæ non sunt in corpore Iuris, habeant eandem auctoritatem, ac Canones . Resp. sic . GLOS. Decretalis siue sit generalis, siue specialis, si per eam aliquid definitur, habetur pro iure gene-

generali, & si dubitatur de decretali, est recurrendum ad registrum.

CAP. *Si Romanorum.* Probat rationibus, & auctoritate Leonis, & Gelasij Decretales, quæ sunt extra canones, esse seruandas eodem modo. *Nicol.*

CAP. *Sic omnes.* Omnes sanctiones Pontificum sunt seruandæ, sicut illæ Diui Petri. *Agato.*

CAP. *In memoriam.* Debemus ferre cum deuotione iugum impositum à Papa, licet graue, & vix ferendum imponat. Item si dubitatur de subreptione, vel falsitate literarum Apostolicarum, Episcopus errantem incarceret, & Papam admoneat. GLOS. Literas Apostolicas esse falsas quot modis cognoscantur vide hic multa. 7

CAP. *Enimuero.* Quicquid Ecclesia Romana statuit, ab omnibus perpetuo, & irrefragabiliter seruandum est. *Steph.*

CAP. *Nulli.* Qui nō obedit ecclesiæ excōmunicatur, & punitur alijs pœnis.

CAP. *In canonicis.* Decretales Epistolæ sunt habēdæ inter canonicas scripturas, & quæ ab omnibus ecclesijs præcipiuntur, præferuntur alijs gradatim.

CAP. *Ita Dominus.* Exortem se intelligat diuini mysterij, qui discedit à soliditate Sedis Petri, quia licet omnes Apostoli mundum docuerint, tamen Petrum Christus constituit, à quo, vt à capite sua dona in omne corpus diffunderet, contra quam nec portæ inferi præualerent. GRAT. Quando decretalis esset contra Euangelium, vel decretum Patrum, non recipienda, vt si dicat ordinatos ab Episcopo hæretico posse exercere. *Leo.*

CAP. *Secundum.* Non læditur, qui accipit sacramenta ab heretico, v. g. Acatio ait Anastasius. GRAT. Hoc capitulum cum authore reiecerunt Felix, & Gelasius. *Anastas.* 8

CAP. *Anastasius.* Anastasius prædictus, quia communicauit Photino hæretico, & voluit secreto reuocare Acatium, fuit relictus à clero, & à Deo percussus lepra. GLOS. Cum agitur de fide, Papa tenetur requirere concilium Episcoporum, & tunc Synodus idest cum Papa, est maior Papa, idest entensiue. 9

CAP. *Propter.* Quicquid fit ab intrusis, vel vitiose electis cassatur, & Maximus declaratur non fuisse Episcopus Constantinopolitanus. *Damasus*

DISTINCTIO XX. 10

GRAT. Cum decretales sint pares iure canonibus consiliorum, an expositiones sacræ Scripturæ factæ à patribus, sint pares, vel superiores canonibus, & decretalibus: Resp. non, quia licet habeant maiorem scientiam, tamen non habent potestatem, quæ est altera clauis, & necessaria in negotijs definiendis. *Leo.*

CAP. *De libellis.* Iudicia debent fieri secundum canones idest concilia, & decretales, & non secundum commentaria aliorum; & si contingat casus, qui per canones definiri non possit, possumus vti commentarijs, vel accurrendum ad Sedem Apostolicam: & qui nō recipit canones conuincitur non recipere fidem, & Euangelia vtiliter ad suum effectum. fol. 6. 1 *Leo.* *Nicol.*

CAP. *Si decreta.* Qui canones non habet arguitur de negligentia: qui habet, & non obseruat, corripitur de temeritate.

CAP. *De quibus.* In soluendo aliquo dubio recurrendum est primo ad nouum, & vetus testamentum, & si in illis non reperitur, secundo ad diuina *Innoc.*

scripta

scripta græca ; si non, tertio ad canones Sedis Apostolicæ; si non, quarto ad Ecclesiæ Catholicæ historias catholicorum ; si non, quinto ad exempla Sanctorum Patrum ; si non, sexto congreget synodum seniorum, quia in ore duorum, vel, &c.

DISTINCTIO XXI.

2 AGIT de Ministris sacrorum canonum, & totius ecclesiæ, qui sunt à Christo ad similitudinem antiqui testamenti.

CAP. *Cleros.* Memorat,& declarat omnes ordines, & officia clericorum, & Præsulum, & quid voces significent (vide)

Anaclet. CAP. *In nouo.* Post Christum caput ecclesiæ fuit Petrus, licet Apostoli fuerint in eodem honore, quibus succedunt Episcopi, sicut presbyteri discipulis.

Gelasius. CAP. *Quamuis.* Ecclesia Romana sancta catholica, & Apostolica est caput ecclesiæ ex præcepto Domini, & non ecclesiastica constitutione: *Tu es Petrus, &c.* & Paulus cum penè Romæ eodem die mortuus est, & sic prima Sedes Petri, est Romana ecclesia non habens maculam,neque rugam.

Nicol. CAP. *Inferior.* Inferior non potest ligare, nec soluere superiorem,sed contra, & qui potest ligare, potest soluere. GLOS. Fallit in incendiario, & in excommunicato per sententiam post annum, & qui potest soluere,potest ligare : fallit quando tempore periculi absoluit.

3 CAP. *Nolite.* Papa non defendit malefacta superiorum, sed coercet subditos, ne carpant superiores, sed sint deuoti Patri spirituali.

Nicol. CAP. *Denique.* Inferior non benedicit superiorem, & sic seruatur in lectionibus recitandis.

CAP. *Nunc autem.* Inferior superiorem non iudicat: est exemplum Papæ Marcelli in concilio, & sic prima Sedes à nemine iudicatur. GLOS. Si Papa sit hæreticus,& paratus sit corrigi,non deponetur,quia non est pertinax.

CAP. *Submittitur.* Inferior non iudicatur ab inferiori, imo clericus non à solo Episcopo iudicatur, & Episcopus à Papa.

CAP. *In tantum.* Sententia inferioris non valet contra superiorem, & ideo damnatur Dioscorus qui excommunicauit Leonem Papam.

DISTINCTIO XXII.

4 AGit de Primatu, & ordine Ecclesiarum. Primo loco est Romana, secundo Alexandrina, tertio Antiochena.

Nicol. CAP. *Omnes siue.* Ecclesia Romana instituit dignitates omnium ecclesiarum, & ipsa fuit instituta à Deo ; & qui hæc negat, est hæreticus.

Anaclet. CAP. *Sacrosancta.* Ecclesia Romana habet primatum non ab Apostolis, sed à Deo; & Paulus cum Petro eodem die Romæ mortuus est. Secunda est Alexandria consecrata à Marco discipulo misso à Petro. Tertia Antiochia à Petro consecrata, & Petrus fuit caput Apostolorum.

CAP. *Constantinopolitana.* Ecclesia Constantinopolitana post Romanam est prima, quia Constantinopolis est noua Roma.

Greg. CAP. *De Constantinopolitana.* Constantinopolitana Ecclesia est subiecta Romæ ; sed, si quid boni ibi est, imitari possumus.

CAP.

CAP. *Qua traditione*. Papa Acacium Episcopum Constantinopolitanum excommunicauit, & ad hoc faciendum non requiritur concilium. *Gelasius.*

CAP. *Renouantes*. Ecclesia Constantinopolitana constituitur post Romanam prima, secunda Alexandrina, tertia Antiochena. GLOS. priuilegium quandoque perditur ob fauorem. *6. Synod.*

CAP. *Definimus*. Nemo audeat molestare Papam, vel Patriarchas, idest Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum. *6. Synod.*

DISTINCTIO XXIII.

Post differentiam Præsidum quæritur quomodo vnusquisque illorum sit ordinandus.

5

CAP. *In nomine Domini*. Electio Papæ sic est facienda: mortuo Papa, Cardinales Episcopi tractent de electione, mox adhibeant Cardinales clericos, & sic accedat reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis sine simonia; & hic modus eligendi, etiam est secundum canones, vt Leonis. Item Papa eligatur de gremio ipsius Ecclesiæ, & si non reperitur idoneus, sumatur ex alia, saluo iure Imperatoris, quod ei concessit Papa; & si impeditur talis electio fieri in Vrbe, Episcopi Cardinales cum clericis, & catholicis, licet paucis eligant, & si facta electione impeditur electus inthronizari, electus regat, & disponat, vt verus Papa, vt fecit D. Greg. ante suam consecrationem, & electus contra hoc decretum, est excommunicatus cum fautoribus, nec audiatur, & deponatur à gradu, in quo prius erat: & qui eum defendit, vel recognoscit eodem modo puniatur: similiter qui violat hoc Decretum. *Nicolaus*

6 CAP. *Qui Episcopus*. Eligendus in episcopum prius examinetur si sit prudens, docilis, temperatus, castus, sobrius, prudens, humilis, affabilis, misericors, litteratus, cautus in sensu Scripturæ, exercitatus in dogmatibus, si documenta Fidei afferat, numerat. Vide.

CAP. *Is qui*. Conuersatio clericorum qualis debet esse: abstineant se à voluptatibus mundi, spectaculis, pompis, conuiuijs publicis, & priuata sint pudica, & sobria. Item ab vsuris, turpi lucro, à fraude, ab amore pecuniæ, ab officijs, & negotijs secularibus, ab ambitione honoris, & graduum, & muneribus pro beneficijs, à dolo, coniuratione, ab odio, cauillatione, detractione, inuidia, ab incessu, vagis oculis, & petulanti, à lingua effrænata, ab obscœnis verbis, à frequentatione viduarum, & virginum, à contubernio fœminarum, sed vacent scripturis, &c.

CAP. *Tales*. Clerici eligendi, qui possint digne sacramenta tractare: & melius est habere paucos, & dignos, quàm multos inutiles. *Clemens.*

CAP. *Illud*. Si contra electum in Episcopum obijciunt, debet se purgare non cum tribus, sed cum sex, vel quinque, & coram plebe, cui est præficiendus. GLOS. Si obijciunt per modum accusationis, requiruntur quinque, vel sex Episcopi; secus, si per modum exceptionis, & tunc potest per procuratorem. *Carthagin.*

7 CAP. *Quamquam*. Qui promouentur ad prælaturas, promittant fidem tenere, pie viuere, seruare canones, honorare, & obedire maioribus. *Tol.*

GLOS.

GLOS. Quando quis quid habet iure communi, & speciali, quomodo se defendat. Item suspectus de causa inobedientiæ iurabit de obedientia seruanda, & sub pœna pecuniaria.

CAP. *Episcopus*. Quando ordinatur Episcopus, duo Episcopi teneant Euangelium super caput eius, vnus benedicat. reliqui teneant eius caput. GLOS. Nullus eorum consecrat, sed omnes simul, quia consecrant, non sacrant. Item liber non est de substantia consecrationis.

CAP. *Cum presbyter*. Cum ordinatur, dum Episcopus eum benedicit, alij sacerdotes caput teneant.

Bracar. CAP. *Ecclesiastica*. Episcopus, vel sacerdos, quando celebrat, vel communicat, gestat stolam in humeris, sicut tempore suæ consecrationis fuit ordinatus. GLOS. Etiamsi communicatur in ægritudine. Item sacerdos legat Euangelium, vt Diaconus, & seruetur consuetudo in stola ferenda.

8

Greg. CAP. *Communis*. Antiquitus Episcopus, & Archidiaconus non vtebantur Dalmaticis sine licentia Papa. CAP. *Diaconus*. Quando ordinatur solus Episcopus manum super caput ponit.

Bituric.

CAP. *Per eam*. Manus sacerdotis quando ordinatur non vngantur chrismate, sed oleo, sed Diaconi nullo oleo. GLOS. Si accidit defectus suppleat. Item non videtur Papa habere omnia in scrinio pectoris sui. Resp. habet per interpretationem.

CAP. *Ex epistola*. Si in ordinatione Episcopus tantum manum imponat, & alius presbyter benedicit, sic male ordinati deponuntur, & presbyter punitur. CAP. *Quorundam*. Idem quod in præcedenti. GLOS. Ordo non tenet, sicut nec teneret baptismus, vel Eucharistia, quia duo imperfecta non faciunt vnum perfectum sacramentum, secus in solemnitate Missæ. Item aliquis dicitur amittere quod nunquam habuit. Item nullus post mortem potest accusari, quia crimina per mortem extinguntur: fallit in aliquibus.

Tol.

Carthag. CAP. *Subdiaconus*. Subdiaconus cum ordinatur non accipit manus impositionem, sed à manu Episcopi calicem, & patenam vacua, & à manu Archidiaconi accipit vrceolum cũ aqua, monile, & manutergium. GLOS. Episcopus non ponit manum super caput subdiaconi, sed super ipsum, & hæc impositio est ordinatio.

CAP. *Acolythus*. Acolythus cum ordinatur, doceatur ab Episcopo qualiter in officio suo agere debeat, & ab Archidiacono accipit ceroferarium, idest cum legitur Euangelium, & vrceolum vacuum pro vino.

9 CAP. *Exorcista*. Cum ordinatur accipit de manu Episcopi librum exorcism. cum potestate super energumen, &c. siue baptizatum, siue cathecumenum. CAP. *Lector*. Accipit in quo lecturus est. CAP. *Hostiarius*. Accipit claues ab Episcopo per suggestionem Archidiaconi. CAP. *Psalmista*: Cantor sine licentia Episcopi solo iussu presbyteri potest suscipere officium canendi. GLOS. Dat titulum, non ordinem.

Anicet. CAP. *Prohibere*. Clerici non nutriant comam, & ferant coronam rasam. CAP. *Clerici*. Clerico, si comam nutrit, Archidiaconus etiam nolenti detondeat, & ferat vestes quæ deceant religionem. GLOS. Clericus coniugatus non ferat tonsuram.

Agatens. CAP. *Si quis*. Clericus est excommunicatus, si relaxat comam. GLOS. Vel barbam, & non est, sed fiat excommunicatus, sed apostata regularis est excommunicatus.

CAP.

CAP. *Sanctimonialis*. Quando consecratur, sit vestita vestibus, quibus semper vti debet in vita. GLOS. Etiam in lecto, & infirmitate. Item regularis factus Episcopus non mutat habitum. *Carthagin.* 9

CAP. *Luratas*. Moniales etiam sacratæ non tangant vasa sacra, vel pallas sacras, nec incensum circa Altare deferant. *Soter.* 10

CAP. *Non oportet*. Subdiaconus non ingrediatur diaconiam, idest sacrarium, nec vasa dominica tangat, GLOS. Idest Altare. *Leodiens.*

CAP. *Ministrum*. Subdiaconus non vtatur orarijs, nec hostias derelinquat. GLOS. Sed sumat cum alijs ministis.

CAP. *Non oportet*. Lector vel psalmista non vtatur orarijs, & sic legat, vel psallat. *Carthagin.*

CAP. *Mulier*. Licet docta non præsumat docere viros in conuentu, imo nec laicus præsente Sacerdote, nisi ab eo rogatus. GLOS. Nec absēte prædicet. *Agat.*

CAP. *Non oportet*. Minister non sacer non tangat vasa sacra. CAP. *Non licet* Clericis portare vasa reliquiarum in processione sine licentia Episcopi. *Bracar.*

CAP. *Non liceat*. Acolythus, & subdiaconus tangat vasa sacra. Item de tonsura veste. *Bracar.*

CAP. *Sponsus*. Sponsi post benedictionē prima nocte seruēt virginitatem.

DISTINCTIO XXIV. fol. 7.

1 AN sacerdotes, & reliqui inferiores Episcopo sint examinandi ante ordinationem: Resp. Sic ex Paulo, Manus nemini cito imposueris.

CAP. *Nullus*. Acolitus, & subdiaconus non porrigat alijs rem consecratam à Presbytero. *Siluester*

CAP. *Nullus*. Nullus ordinetur clericus, nisi fuerit probatus, vel examine Episcopi, vel testimonio populi. GLOS. Noti, non sunt examinandi, sed ignoti. *Carthagin.*

CAP. *Presbyteri*. Promouendi ad ministerium ecclesiæ sunt examinandi. GLOS. Non videtur hoc dicere textus, sed tamen vt promoueantur. *Gelasius.*

CAP. *Episcopi*. Episcopi promoueantur. Si qui sunt verbo, & exemplo probati testimonio vicinorum Episcoporum, & Metropolitani. *Laodic.*

CAP. *Quando*. Quando Episcopus vult ordinare, feria quarta vocet ordinandas ad Vrbem, & eligat sacerdotes, & alios viros prudentes doctos in lege diuina, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, idest titulum, locum vbi educati, si sint literati, & instructi in Lege Dei, diligenter inuestiget, si teneant fidem catholicam, & caueant ne fauore, vel munere corrumpantur, & si fecerit ordinatus est suspensus, & isti, vt simoniaci careant ecclesiastica dignitate, & post tres dies sabbato ordinet. GLOS. Ordinandi non ità rigide, vel amarè sunt examinandi, *c. cum in cunctis de elect.* & *c. nihil est*, & *c. nobis olim*; & si non est examinatus in ætate, literis, moribus, deponatur. *Tranetanensis.*

CAP. *Episcopus*. Sine consilio, seu consensu suorum clericorum, & ciuium testimonio, nullum ordinet. GLOS. Nisi sit notus. Item Episcopus in multis debet habere consensum capituli. *Carthagin.*

CAP. *Si quis*. Qui sine examine ordinatur, vel si in examine confitetur sua crimina, vel si post ordinationem detegantur, deponatur. GLOS. Intelligitur de maiori crimine. Item qui metu probationis confitetur suum cri- *Martin.*

men, habetur pro conuicto, secus si sponte comparet. Item est deponendus, licet in omnibus alijs sit idoneus à superiore ordinantis, nam ordinatus ipse dicitur deponi.

DISTINCTIO XXV.

3 DEclarat singula officia singulorum clericorum, & Episcopi.

CAP. *Perfectis.* Ad Hostiarium pertinent claues ecclesiæ. & claudat & aperiat templum Dei,& omnia ijs sunt intus & extra custodienda, fideles recipiat, excommunicatos, & infideles eijciat. Ad exorcistam exorcismos memoria tenere, manusque super Energumenos, & cathecumenos in excommunicationem imponere. Ad Acolythum præparare luminaria in sacrario,nam ipse cereum portat, ipse suggesta pro Eucharistia, Calicem subdiaconis præparat. Ad Psalmistam canere, dicere benedictiones, laudis sacrificium, responsoria, & omne quod canitur. Ad lectorem pronuntiare lectiones, & prophetias. Ad subdiaconum Calicem, & patenam ad Altare portare, & tradere leuitis, eisque ministrare; vrceolum quoque, & aquam, manile, & manutergium tenere, & præbere aquam Episcopo presbytero, leuitis pro lauandis manibus ante Altare. Ad Diaconum assistere sacerdoti, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacris, oblationes inferre altari, componere, & vestire mensam Domini, crucem ferre, & prædicare Euangelium, & Apostolum,idest nouum testamentum sicut lectoribus vetus; recitare preces, dat pacem, & annuntiat. Ad sacerdotem conficere Eucharistiam in Altari, orationes dicere, benedicere dona Dei. Ad Episcopum pertinet consecrare Basilicas, vngere Altare, conficere Chrisma, distribuere ordines,& effectiue benedicere sacras Virgines. Ad Archidiaconum imperare subditis, & leuitis, vt vestiant altaria, parent incensum, & necessaria ad sacrificium,vt quis dicat Epistolam,Euangelium, preces, responsoria. Item sollicitudo parochialium, ordinatio iurgia suggerat pro reparandis basilicis, & referre Episcopo, vt deferat pecuniam oblatam, & alia, & quando abest, sequens Diaconus. Archipresbyter est sub Archidiacono, sed supra presbyteros, sit assiduus in ecclesia; absente Episcopo,facit solemnẽ missam,& dicat collectas. Ad Primicerium pertinet ordinare in minoribus, distribuat dicenda,& ordinet dari signũ campanis,& alia officia (Vide ibidem). Ad Thesaurarium ordinare hostiarium, & Basilicas, incensum, chrisma conficere,baptisterium, lumina pro sacrificio.

4 CAP. *Audire.* Episcopus docet fidem,sacerdos monita vitæ, Diaconus

Clemens. regulam viuendi.

CAP. *Diaconus.* Gestare Orarium, idest stolam in sinistro humero, vt dexter sit expeditus ad seruiendum. Ordinandus Episcopus qualis debet esse, & citat Paulum, in cap. ad Timotheum, & Titum,& examinat, & declarat sine crimine esse. Quid sit peccatum mortale, & veniale.

Greg. CAP. *Qualis.* Declarat quæ peccata, idest venialia, post vitam in purgatorio purgantur, & numerat aliqua.

CAP. *Qui in aliud.* Idem quod supra, & ignis purgatorij est grauior, & excedit omne id quod potest pati in hac vita.

CAP. *Primam.* Episcopus sit sine crimine, non de præterito, sed in posterum, secus non potest alios corrigere.

DISTINCTIO XXVI.

Sequitur in Epistola, Episcopus sit vnius vxoris vir. 5

CAP. *Vnius.* Episcopus post baptismum sit Monogamus, idest vnius vir, nec refert si ante baptismum aliam iam mortuam habuit. GLOS. Dictum Hieronymi est falsum, & eum corrigit Aug. quia matrimonium non soluitur in baptismo.

CAP. *Acutius.* Qui ante baptismum habuit vnam, & post per baptismum alteram vxorem, non est ordinandus, quia baptismus solum tollit peccata, & non Bigamiam ratione sacramenti, per quam amittitur habilitas ad ordines, sed sine peccato, sicut fœmina ante baptismum vitiata non potest consecrari inter virgines. GLOS. Homo corruptus, sed non bigamus potest fieri Episcopus: mulier corrupta non potest sacrari, quia hæc significat ecclesiam triumphantem, ille militantem.

CAP. *Deinde.* Qui ante baptismum habuit vnam vxorem, & post baptismum alteram, est bigamus, quia baptismus tollit peccata: matrimonium 6 non est peccatum, & filij ante baptismum sunt legitimi. GLOS. An qui ante baptismum fuit infamis, vel irregularis, post baptismum sit liber, & possit ordinari: Resp. sic, quia infamia, & irregularitas nata ex proprio delicto, tolluntur cum baptismo, nam dona baptismi sunt sine pœnitentia, & satisfactione, nec peccatum obest post baptismum: Non sic corrupta, quia defectus sacramenti. sed per baptismum non tollitur delictum, idest peccatum, quod contra alium commissum; & sic datur exceptio competens ex crimine, & sic quæ erat adultera, post baptismum punitur, quia hæc non sunt peccata, sed sequelæ peccati. Nota: inhabilitas, quæ non ex peccato, sed ex constitutione ecclesiæ sunt, non tollitur per baptismum, & hoc virtute sacramenti.

CAP. *Vna.* Bigamus, ante baptismum, postea non potest ordinari, quia 7 in baptismo remittitur peccatum, non soluitur lex; matrimonium est lex, non peccatum, & bigamus non potest hortari ad viduitatem: GLOS. Infamia ex delicto tollitur per baptismum, nec impedit ordinationem.

CAP. *Qui sine.* Qui frequentauit coniugia, idest bigamus, licet non peccauerit, tamen ordinari non potest. GLOS. Ante baptismum est verum matrimonium.

DISTINCTIO XXVII.

Tractat de continentia Clericorum vsque ad destinctionem trigesimam sextam. 8

CAP. *Diaconus.* Non ordinetur in Diaconum, qui vult ducere vxorem, & si contra facit, alienetur à ministerio. GLOS. Taciturnitas habetur pro cōsensu, sic si in tribus casibus, & vbi requiritur expressus consensus.

CAP. *Quidam nubentes.* Matrimonium post votum tenet, licet peccent. GLOS. Post votum simplex, non solemne, idest in ordine, vel professione tacita, vel expressa.

CAP. *Si vir.* Qui cum voto simplici, vt Virginitatis, contrahit, non dimittat vxorem, sed pœniteat per tres annos.

CAP. *Vouentibus.* Vouentibus Virginitatem non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est.

CAP. *Si nupserit.* Virgo dedicata, si nubat, damnabitur, quia peccatum fidem irritam facit.

9 CAP. *Quod interrogasti.* Si qua, v. g. vidua velum in Monasterio sumat, vt monialis, sed ficte, mox nubat, &c. cogatur redire ad monasterium, vt seruet suum votum, & agat pœnitentiam. GLOS. Quæ simulatio nocet, vel non in professione, vel matrimonio. Item vbi verba non sunt ambigua, non est locus interpretationi.

CAP. *Nam si.* Fictio in sacramentis non debet turbare ordinem ecclesiasticam, vt in Simone Mago, Saphira, Anania.

CAP. *Presbyteris.* Qui sunt in sacris, vel professi, si contrahant, separentur, & agant pœnitentiam. GLOS. Non dicitur dissolui, quod non est, sed disiungi quoad culpam.

CAP. *Virgines.* Quæ post consecrationem nupserunt, non tàm adulteræ sunt, quàm incestæ. GLOS. Et sacrilegæ.

10 DISTINCTIO XXVIII.

Greg. CAP. *Nullum.* Nullus fiat subdiaconus, nisi promittat caste viuere. GLOS. Tacite, vel expresse: licet libere ordinetur, tamen seruet legem castitatis annexam.

Innoc. CAP. *Decernimus.* Qui sunt in sacris, si vxorem, vel concubinam habent, careant officio, & beneficio ecclesiastico. GLOS. Si moniti non desierint.

Tolet. CAP. *Quando.* Diaconi, vel presbyteri promittant se caste viuere, antequam ad Parochias mittantur.

Greg. CAP. *Priusquam.* Qui non est in longo tempore continens, sicut qui habet paruulam filiam, non debet eligi in Episcopum, nec confirmari. GLOS. Secus si esset magna tractu temporis, purgatur vitium *c. de Syracusana, eadem*. sed hodie nullus talis est promouendus. *c. Catanensi de bigamis.* Item facto probatur aliquid, & Iudex potest supplere ex suo officio facto ipso, licet ei non constet, & iudici; & licet non obijciatur contra electum, quando factum est de substantia, secus non.

Tolet. CAP. *De his.* Pueri, qui in ecclesijs erudiuntur, in xviij anno interrogentur, si velint esse, & si sic, in xx. fiant subdiaconi, in xxv. Diaconi: & si deinde nubant, vt sacrilegi puniantur, etsi non contrahant: & si in prouecta ætate velint esse casti, possunt ordinari. GLOS. Pueri possunt habere beneficium, sed non prælaturas.

Arelat. CAP. *Assumi.* Coniugatus nisi promittat castitatem, non fiat sacerdos. GLOS. Nec Diaconus, vel subdiaconus. Item nunc aliter procedendum.

fol. 8. CAP. *Præterea.* Non fiant Diaconi, si non habent votum castitatis.

1 CAP. *Diaconi.* Diaconi, si in ordinatione sunt protestati se non posse contineri, si mox contrahant, possunt ministrare, secus si tacuerunt.

Neocæsarien. GLOS. Orientales in sacris non possunt contrahere, sicut & nos, & hoc ab Apostolis; sed coniugati possunt ordinari, & in hoc differunt à nobis.

CAP. *Presbyter.* Presbyter, si ducit vxorem, deponitur ab ordine: si fornicetur,

nicetur, vel adulteretur, eijcitur ab ecclesia, vt inter laicos pœniteat. GLOS. Eijcitur ab ordine, non à beneficio. Item plus punitur sacerdos fornicarius, quàm contrahens, quia putat sibi licere. Item clericus solemniter pœnitere non potest, nisi fuerit depositus, vel crimen est publicum apud laicos.

CAP. *Quia sunt*. Quando maritus sciente vxore accipit ordinem sacrum, & moritur, relicta non potest contrahere cum alio. GLOS. Supponitur vouisse. *Greg.*

CAP. *Si se*. Coniux relicta à presbytero, vel diacono mortuo, si secundo contraxit, separetur, &, si nolint, excommunicentur. GLOS. Propter castitatem. Item vxor clericorum non est necesse, vt fiat monialis, satis est vouere castitatem, nisi adsit suspicio: & si secundo contrahit, non tenet, ex constitutione ecclesiæ, non ex voto; si maritus fit Monachus, vel Episcopus, debet fieri monialis. *de conuers. coniug. c. cum sis praeditus*. *Aurelianens.*

2

CAP. *Si qua*. Nulla persona religiosa in conuiuio, vel alibi communicet cum relicta ab Episcopo, vel clerico in sacris, quæ secundo contraxit, tamen ei morienti debentur sacramenta. *Martin.*

CAP. *De Syracusana*. Habens vxorem, & filios, non est idoneus ad episcopatum, sed propter obstinationem clericorum, vel defectum melioris, Papa instituit, accepta prius cautione, quod non distrahet res ecclesiæ, nec propinquis dabit ea in morte; quicquid acquisierit ex ecclesia ecclesię relinquet. GLOS. Hodie publicato scrutinio electores non possunt variari, *c. publicato, de elect.* sed postulatio potest variari, nisi sit præsentata superiori, *c. bona, de postul.* Item propter vxorem, filios, vel nepotes, vel parentes, non repellitur quis ab episcopatu, nisi parentes sint mali, vel sit probabile periculum dilapidationis bonorum.

CAP. *Si quis*. Anathema sit qui docet sacerdotem causa Religionis debere contemnere propriam vxorem. GLOS. Non ministrando necessaria. 3

CAP. *Si quis*. Si quis separat, & non vult accipere oblationes à sacerdote coniugato, anathema sit. *6. Synod.*

CAP. *Presbyterum*. Si ex ignorantia sacerdos mortua prima, ducat secundam, cathedram detinebit, sed non officium; idest non publice, nec priuatim benedicet, nec corpus Domini dispenset, nec aliquo modo ministret, & non accedat ad illam, quia soluuntur nuptiæ non legitimæ. GLOS. Si habet cathedram, ergo & dignitatem, & beneficium, & locum in choro, & cantabit cum alijs, & eliget, sed solum non ministret, vt sacerdos. Item qui ordinatur, licet ignoret se debere continere, tamen tenetur continere. Item suspensus, & excommunicatus tenetur priuatim dicere officium & horas.

CAP. *Consulendum*. Laici non debent iudicare de presbyteris, neque eos eijcere si habent vxorem, sed tolerare, sed Episcopus sic. *Nicol.*

DISTINCTIO XXIX.

Contrarietas in multis capitibus tolletur locus, tempus, persona, &c. 4

CAP. *Sciendum*. Multi errant, qui iudicant antequam intelligant, & inculpant non lecta; nam consideranda sunt causa, persona, locus, tẽpus, &c. *Greg.*

CAP. *Regula*. Regulæ sanctorum Patrum fuerunt datæ instante necessitate, quo tempore, loco, persona, negotio, &c.

CAP. *Necesse est*. Varia scripta sicut secundum varias occasiones locorum, temporum, hominum, &c. sunt scripta, ita continent varia argumenta causas, origines, &c.

DISTINCTIO XXX.

5 CAP. *Si quis*. Filius, qui ob cultum Dei destituit parentes, eos non honorando, & subueniendo, anathema sit. GLOS. Etiam si extranei sint meliores.

CAP. *Quecumque*. Filia, quæ totondit comam, si non vult esse subiecta parentibus, putans se liberam, anathema sit.

CAP. *Si qua mulier*. Si soluto matrimonio discedit condemnans nuptias, anathema sit.

CAP. *Si quis*. Vouens virginitatem, si arroganter vituperat coniugium, anathema sit. CAP. *Si quis*. Idem quod in præcedenti.

CAP. *Si qua*. Mulier, quæ vt sit magis expedita suo malo proposito, induit se veste virili, anathema sit. GLOS. Meretricandum.

CAP. *Si quis*. Qui ieiunat die Dominico in contemptum diei, anathema sit. GLOS. Secus ex deuotione licet.

6 CAP. *Si quis*. Qui continens, spernit ieiunia ecclesiæ, anathema sit. CAP. *Si quis*, (vsque ad xvij.) idem si contemnit vigilias, oblationes, & memorias Sanctorum. Item si dicat domum Dei esse contemptibilem, & congregationes, quæ in eis fiunt, vel cum contemptu extra ecclesiam apud se populum spernat sine consilio Episcopi. Idem qui nuptias condemnat, & vxores condemnandas, tanquam non ingressuras regnum Dei. Idem, si condemnet manducantem ex fide præter sanguinem, & suffocato. Idem si ex Religione filios negligat non tradens eis necessaria. Idem, qui iustitiam, & continentiam in pallijs, & vestibus ponit. GLOS. Vestiantur secundum consuetudinem. Item prædicta sunt contra superbos, & inflatos, contra alios, non contra simplices, & virtuosos. Item, qui vt Manichæi ieiunat die Dominico, sed pro deuotione, potest abstinere à carnibus, &c. Item in Dominicis, & in diebus Paschæ vsque ad Pentecostem non genuflectitur, sed recti orant propter gaudium resurrectionis, & hoc ab Apostolis.

DISTINCTIO XXXI.

7 CAP. *Ante triennium*. Subdiaconi, qui non promiserunt castitatem non prohibeantur accedere ad vxores suas, licet qui continent laudandi sint, deinceps nō ordinentur subdiaconi, nisi promittant castitatē. GLOS. Greg. retractat constitutionem Pelagij, & de nouo præcipit continentiam futuris subdiaconis. Causa, quare in ecclesia fuit iniuncta castitas sacerdotibus, est vt liberius Deo vacent in orando.

Carthag. CAP. *Sacerdotibus*. Sacerdotes vt semper assistant Altari, semper abstineant ab vxoribus, & seruent castitatem.
& Innoc.

CAP. *Episcopos*. Qui sunt in sacris, seruent castitatem. CAP. *Tenore*. Sacerdotes, & Leuitæ seruent castitatem. CAP. *Nam Sicut*. Idem, seruent castitatem. CAP. *Eos*. Idem.

CAP. *Si laicus*. Idem. CAP. *Si quis*. Qui vituperat nuptias, anathema sit.

CAP.

CAP. *Quicumque*. Qui seruat virginitatem, condemnans nuptias, anathema sit.

CAP. *Lex continentia*. Qui antea habebat vxorem, & postea fit Episcopus, vel sacerdos, non dimittat, idest alat, sed non ea vtatur. CAP. *Omnino*. Idem quod in præcedenti, & probat. CAP. *Si Nicenum*. Synodus hanc quæstionem agitauit, sed nihil sanxit.

CAP. *Quoniam*. In Orientali ecclesia, qui sunt in sacris, non tenentur voto castitatis, sed continent tempore oblationis. GLOS. Vir non tenetur semper, idest in omni loco, & tempore reddere debitum, sicut debitor non debet semper venire cum sacco parato. *6. Synod.*

CAP. *Aliter*. In Oriente, qui sunt in sacris, non habent votum castitatis, in Romana Ecclesia habent. *Steph.*

DISTINCTIO XXXII.

Continentia seruanda ab omnibus, qui sunt in sacris. 8

CAP. *Omnium*. Connubium carnale interdicitur omnibus in sacris etiam subdiacono. *Leo.*

CAP. *Multorum*. Qui sunt in sacris, vxoribus non misceantur. CAP. *Si quis*. Qui non sunt in sacris, poterunt ducere vxores, & habere stipendia. *Nicol.*

CAP. *De illo*. Subdiaconus non potest ducere vxorem. CAP. *Nullus*. Nullus audiat Missam concubinarij. GLOS. Notorij, quia suspensus.

CAP. *Præter hoc*. Presbyter concubinarius est suspensus, & nemo eius Missam audiat. Item clerici casti viuant in communi ex Decimis. *Alex.*

GLOS. Excommunicato, vel suspenso à iure subtrahitur beneficium, secus, si ab homine. Item laicus, si non soluit Decimas, excommunicandus.

GRAT. Catholicis malis non licet accipere sacramenta, nisi in necessitate; ab hæreticis, & schismaticis nunquam, accepto baptismo. quid de pœnitentia. Resp. videtur non. 9

CAP. *Si quis*. Qui vult contrahat ante subdiaconatum. CAP. *Lectores*. In pubertate cogantur, vel contrahere, vel vouere. *6. Synod.*

CAP. *Subdiaconis*. Subdiaconus seruet continentiam. CAP. *Eos qui*. Qui in sacris vacant vxoribus, careant officio, & beneficio, ac vsu ordinum; & si moniti non abstinent, Princeps eorum fœminas faciat seruas; & si Episcopus consentit prauitati, suspendatur. *Vrbanus.*

CAP. *Erubescant*. Qui sunt in sacris publice nisi caste viuant, eijciantur à dignitate graduum. De occultis non iudicat ecclesia.

CAP. *Homo ad sacrum*. Non ordinetur in sacris, nisi probetur castus, vel ante duxerit vnicam, & virginem. GLOS. Qui putans virginem contraxit cum corrupta, non potest ordinari: quid si ipsemet eam corruperat, videtur non, &c.

CAP. *Placuit*. Qui sunt in sacris abstineant ab vxoribus sub pœna, &c. alij clerici seruent consuetudinem suæ ecclesiæ. *Carthag.*

CAP. *Feriatim*. Qui est in minoribus, si vult contrahat cum virgine, non cum vidua, vel repudiata, quia erit bigamus: si mox vult fieri subdiaconus, requiritur consensus vxoris, cum qua non potest amplius coniungi, nec illa potest alium habere etiam post votum. *Leo.*

10 CAP. *Quoniam*. Qui eſt in minoribus non poteſt ducere viduam.
CAP. *Interdicit*. Clericus non habitet cum ſuſpectis mulieribus.
CAP. *Hoſpitiolum*. Domum clerici non frequentent fœminæ, de eius forma non diſputes, non videat vultum tuum.
CAP. *Presbyter*. Presbyter ſuam vxorem ad ſe venire non permittat.
CAP. *Mulieres*. Vxores presbyterorum non debent habere curam eccleſiæ.

DISTINCTIO XXXIII.

Præter vxorem, ſi quis habet concubinam, non ordinetur, ſic arreptitij, dæmoniaci, caduci, & alij multi.

fol. 9.

1 CAP. *Si quis*. Qui poſt baptiſmum contraxit ſecundo, vel habet concubinam, non ordinetur in ſacris. GLOS. Concubina loco vxoris. GRAT. Deſeruientes ſacro, ſunt ſubdiaconi, acolyti. Item concubina intelligitur præter vxorem, & non ſi ante vxorem, vel ea mortua.

CAP. *Maritum*. Non ordinetur, qui poſt baptiſmum duas duxit, vel qui vnam, ſed concubinam, vel viduam, vel repudiatam, vel meretricem, nec qui à ſe truncauit aliquod membrum indignatione, vel timore, nec vſurarius, vel actor in ſcena, nec publice pœnitentiatus, nec qui aliquando in furia inſaniuit, nec abreptitius, nec ſimoniacus. GLOS. Qui habet virginem concubinam, ſi eam mox ducit, non poteſt ordinari. Item qui ſe truncat ob ne-
2 ceſſitatem, poteſt ordinari; promotus furioſus, non deponitur.

Pius. CAP. *Communiter*. Arreptitij, qui à dæmone in terram eliduntur, aut efferuntur, non miniſtret in Altari, nec ſe ingerant ſacramentis. ſic nec epileptici. ſecus ſi eliduntur in terram ſine diſpeſſionibus, quia tunc poſt annum, ſi ſint ab vtroque malo liberi, iuribus Epiſcopi miniſtrent. GLOS. Qui raro cadunt, & non emittunt voces confuſas, nec ſpumantes, ſi habeant coadiutorem, poſſunt miniſtrare, ſecus non *7.q.1.c.1.& 2.* Sed non poteſt promoueri, qui ſemel eſt ſic arreptus. *cap. maritum, eod.* an ſit idem ius de morbo caduco, & dæmoniaco, eſt dubium.

Nicol. CAP. *Clerici*. Clerici ſemel obſeſſi non accedant ad ordines. GLOS. Videtur poſſe ad minores, quia dicit ſacri regiminis.

Gelaſius. CAP. *Vſque adeo*. Dæmoniaci, & ſimiles non tractent miniſteria ſancta, eſſet enim ſcandalum. GLOS. Similes, vt caduci, furioſi, ſunt enim vitiati mente.

Innoc. CAP. *Laici*. Laici, qui tempore baptiſmi habebant vxorem, ſi ſint bonæ famæ, & non habent pellicem, poſſunt ordinari.

Gregor. CAP. *Habuiſſe*. Qui habuit concubinam, & fuit ordinatus: ſi poſt ordinem non peccauit, poteſt miniſtrare, ſecus non. GLOS. Occultum delictum facit irregularem.

DI

DISTINCTIO XXXIV.

Episcopus oportet, vt euitet immoderatam familiaritatem etiam domesticorum, vt consanguineorum.

3

CAP. *Quorundam*. Episcopus non sit venator, nec immoderate familiaris proprię filię, sub pœna excommunicationis, & cessationis post admonitionem, quia ex Diuo Hieronymo venatorem numquam legimus sanctũ. *Nicol.*

CAP. *Episcopum*. Presbyter, Diaconus, non habeat canes accipitres, vel alia huiusmodi ad venandum: si non abstineat Episcopus, est suspensus per tres menses, diaconus ab officio, & communione, presbyter per duos.

CAP. *Omnibus serui Dei*. Idem quod supra.

CAP. *Is qui*. Qui non habet vxorem, sed concubinam, si est ea contentus, non repellatur à communione. GLOS. Concubinam, idest vxorem per consensum sine solemnitate. *Tolet.*

CAP. *Christiano*. Non licet Christiano habere duas, sed vnam vxorem, vel concubinam loco vxoris. GLOS. Idest cum consensu in matrimonium sine solemnitate, secus non.

CAP. *Audite*. Nemini licet fornicari, nec habere concubinam, si deinde illam dimittet, nec vxorem, & concubinam.

CAP. *Fraternitatis*. Subdiaconus, qui mortua vxore, habuit filios ex ancilla, si cesset periculum, potest ordinari. *Pelag.*

CAP. *Si quis*. Laicus, qui prӕter vxorem cognoscit aliam, non ordinetur. GLOS. Loquitur de stricto iure. 4

CAP. *Curandum*. Qui duxit vxorem non virginem, non ordinatur. *Nicolaus*

CAP. *Pręcipimus*. Non ordinetur bigamus, vel literas nesciens, vel corpore vitiatus, vel obnoxius pœnitentię, curię, vel conditioni. *Papa.*

CAP. *Si cuius*. Maritus laicus si eius vxor adulteretur, non potest ordinari, si est clericus, vel repudiat eam, vel non exerceat ordinem. GLOS. Si non cognouit post adulterium, potest promoueri. An pendente accusatione de adulterio teneatur vir, qui fieri vult sacerdos, reddere debitum, & fieri bigamus, est dubia, videtur sic, &c. vide ibi. *Gregor.*

CAP. *Si Laici*. Idem quod supra.

CAP. *Si quis*. Qui viduam duxit siue ante, siue post baptismum, non potest ordinari, quia baptismus tantum crimina lauat. 5

CAP. *Si cognoscamus*. Qui secunda coniugia accepit, non potest esse clericus.

CAP. *Si quis*. Qui contrahit cum vidua, vel eiecta, vel meretrice, vel ancilla, vel actrice spectaculorum, non potest ordinari.

CAP. *Vidua*. Est mortuo viro eiecta à viuẽte, meretrix, quę multis patet.

CAP. *Si subdiaconus*. Si ducit secundam, seruiat in minoribus, nec legat epistolam.

CAP. *Lector*. Lector, qui viduam duxit, vel bigamus vrgente necessitate, potest fieri subdiaconus.

CAP. *Presbyteri*. Qui sunt in sacris non intersint conuiuijs nuptialibus, nec obscœnis.

CAP.

CAP. *Valentino*. Qui contrahit cum sponsa de præsenti alterius mortui non corrupta, potest ordinari.

DISTINCTIO XXXV.

Ordinandus sit sobrius, seu non vinolentus.

6 CAP. *Episcopus*. Deseruiens aleæ, vel ebrietati, aut deserat, aut damnetur, priuetur à communione.

CAP. *Ab exordio*. Post diluuium, vinum, & carnes concessa in vsum.

CAP. *Luxuriosa*. Qui vino, & ebrietati se miscet, non est sapiens.

CAP. *Ecclesiæ*. Sacerdotes fugiant delicias, epulas, lasciuias, iubentes buccas ieiunium proferre, & sponsa Christi.

CAP. *Venter*. CAP. *Vinolentum*. CAP. *Luxuria*. In vino est luxuria,&c. sponsa Christi fugiat vinum.

CAP. *Sexta die*. Laudat abstinentiam, damnat ebrietatem.

CAP. *Ante omnia*. Ebriosus si est in sacris non cõmunicet per xxx. dies, si non, verberetur.

DISTINCTIO XXXVI.

Episcopum oportet esse prudentem non solum in literis, sed in negotijs secularibus, qui est Iudex animæ, & corporis.

8

Gelasius. CAP. *Illiteratos*. Illiterati corpore vitiati, & qui seipsos abscindunt, non ordinentur. GLOS. Sufficit mediocris scientia. *c. cum nobis, de elect.*

Gregor. CAP. *Qui Ecclesiasticis disciplinis*. Qui ordinat illiteratum, careat potestate conferendi illum ordinem, & ordinatus est suspensus ab ordine. GLOS. *cap. graue, de præbendis*.

CAP. *Si quis*. Opera sacerdotis sunt scientia, & oratio. GLOS. Episcopus aliorum doctrina non debet egere.

DISTINCTIO XXXVII.

An oporteat Episcopum esse eruditum secularibus literis.

Carthag. CAP. *Episcopus*. Episcopus libros gentilium non legat, hæreticorum non, nisi pro necessitate, & tempore. GLOS. Leges debent audire, vt melius intelligant canones.

CAP. *Sacerdotes*. Si legant comœdias, vel poetas delectationis causa, reprehenduntur, sed pueris ob necessitatem.

CAP. *Nonne*. Ambulat in vanitate sensus, & obscuritate mentis, qui diu studet logicæ, physicæ in inanesyllabis, qui quærit diuitias, qui adulatur Regibus.

CAP. *Vino*. Qui male intelligit sacram Scripturam, vel abutitur seculari scientia, sunt pseudoprophetæ, vel diuini, & ebrij vino.

CAP. *Legant Episcopi*. Reprehendit ecclesiasticos, qui filios suos erudiri

faciunt

faciunt disciplinis fecularibus, præsertim sumptibus ecclesiasticis, exéplo Eli.

CAP. *Omnem*. Regnum Dei in simplicitate fidei est non in contentione sermonis: Hæretici suum venenum ponunt in dialectica.

CAP. *Legimus*. D. Hieronymus ab Angelo percutitur, quia Ciceronianus erat. Deinceps probat oppositum, idest quod ecclesiastici debent esse eruditi scientijs secularibus, non causa delectationis, sed vtilitatis.

CAP. *Turbat*. Licet lectori à profanis colligere vtilia tanquam sua, sicut Moyses in Ægypto, & Paulus citauit Poetas. 9

CAP. *Legimus*. Aliqua leguntur, ne ignorentur, alia ne spernantur, alia vt refutentur.

CAP. *Si quis*. Non improbatur, qui discit grammaticam, vt recte loquatur, Dialecticam, vt verum discernat: Geometrica, Arithmetica, Musica non sunt scientiæ pietatis.

CAP. *Qui de mensa*. Non possunt reprobari profana, nisi discantur, & sic est pietas illa discere, sic Daniel doctrina Chaldæorum.

CAP. *De quibusdam*. Episcopi curent vbi opus est, vt sint magistri, & doctores, qui studia, & artes liberales assidue doceant.

CAP. *Si quid veri*. Auctoritates Gentiliæ valent ad confundendam vanitatem gentilium, non ad eam amplectandam. 13

CAP. *Relatum*. Lex Dei non est legenda, vel interpretanda secundum propriam intelligentiam ingenij nostri, licet multa possint trahi ad sensum nostrum, sed ex ipsis Scripturis capere sensum veritatis secundum declarationem Patrum, ad quem confirmandum possumus vti secularibus disciplinis.

CAP. *Ideo*. Figmenta poetarum nó legenda ad vitanda incendia libidinis.

CAP. *Non omnis*. Ignorantia non excusat omnes, sed illos, qui non habebant à quo discerent, reliquos non.

DISTINCTIO XXXVIII.

Voluntaria ignorantia maxime sacerdotibus est periculosa. fol. 10.

1

CAP. *Ignorantia*. Sacerdotes sciant Scripturas, & canones, vt ædificent scientiam, & iura. *Tolet.*

CAP. *Quando*. Quando Episcopus ordinat sacerdotes, doceat eos quomodo officia, & sacramenta ministrent; & quando veniunt ad concilium, exigat quomodo ministrent. *Leo.*

CAP. *Si in laicis*. Ignorantia non potest excusari in præsulibus, cum vix sit tolerabilis in laicis.

CAP. *Nulli*. Non licet sacerdotibus canones ignorare, sed secundum eos operari. *Celest.*

CAP. *Quæ ipsis*. Sacerdos necessariò debet discere, vt est liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canon pœnitentialis, psalterium, homiliæ.

CAP. *Omnes*. Episcopus debet in promptu scrutabiliter, & non transitorie scire diuinam Scripturam, & Canones. *6. Synod.* 2

CAP. *Placuit*. Ordinandis Episcopis, prius decreta Conciliorum inculcentur. *Carthag.*

CAP. *Licet*. Qui adhæret sacris Scripturis, non obscuratur à mundanis. *Zephir.*

CAP.

CAP. *Si iusta*. CAP. *Qui ea*. Ignorantia Scripturarum est ignorantia Christi, & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, nesciuntur à Deo, & contra.

CAP. *Quamuis*. Non qui nescit errat, sed qui putat scire quod nescit, & qui falsum pro vero affirmat, & non errans præponitur erranti ad salutem.

CAP. *Sedulo*. Monendi scholastici, idest rectores, vt non contemnant simplicitatem loquendi Patrum, etiam cum barbarismis, & solœcismis, vel perturbate.

CAP. *Indignum*. CAP. *Locutio*. CAP. *Ecclesiastica*. Scriptura non subdenda regulis Donati, sed accipienda secundum proprietatem cuiusque linguæ pro omnibus.

CAP. *Nullius*. Episcopus non verecundetur à minimis peritis, si vult esse membrum Christi.

DISTINCTIO XXXIX.

3 *Episcopus non solum debet esse doctus, sed instructus in negotijs temporalium, vt prosit subditis, & ecclesiæ in temporalibus.*

CAP. *Petrus*. Simplex electus ad Episcopatum, reijcitur, quia debet curare nō solum salutem, sed extrinsecam vtilitatem subiectorū, & ecclesiæ.

DISTINCTIO XL.

4

Symmac. CAP. *Non nos*. His, qui sunt in dignitate ecclesiastica, non datur licentia peccandi, sed necessitas bene viuendi, licet quilibet præsumatur bonus.

CAP. *Non est*. Non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

CAP. *Nos, qui*. Claros faciat præsules, non dignitas loci, vel generis, sed morum. CAP. *Non loca*. Eadem nos iungit Deo.

CAP. *Homo*. Grauius quis peccat, vel propter magnitudinem peccati, vel propter altitudinem dignitatis. GLOS. Circumstantiæ loci temporis dignitatis, scientiæ, grauant peccatum.

CAP. *Si Papa*. Papa licet à nemine possit iudicari, nisi esset hæreticus, tamen si remissus, & cum damno regit, damnabitur.

CAP. *Ante omnia*. Apud Deum nil est miserabilius officio Episcopi, si perfunctorie, adulatorie agatur; sed nil beatius, si, vt debet, agatur. GLOS. Potest quis cogi, vt fiat Episcopus in principio, vt fiat volens, sed si non vult, non est cogendus.

5 CAP. *Sicut*. Episcopus fit ex electione, & consecratione, vt sacerdos ex ordinatione, & ex his fit corpus, idest ecclesia, & si non bene viuunt, corrumpitur. GLOS. Electio non dat ius.

CAP. *Illud*. Non locus, vel genus, sed virtus gratiam comparat: Adam extra, & Eua intra Paradisum fuit creata.

Gregor. CAP. *Qualibet*. Non loca occulta, vt Paradisus, cœlum, sed gratia Dei saluat; vt Loth in Sodoma fuit iustus, in monte peccauit.

CAP.

CAP. *Adam*. Adam, quia peccauit amisit nobilitatem loci.

CAP. *Multi*. Multi sacerdotes nomine, pauci opere, idest virtute, qui honorant cathedram: qui amat primatum in terra, confundetur in cælo.

DISTINCTIO XLI.

Vltra mores sacerdos qualem habitum, victum, vel gestus habere debet.

CAP. *Quisquis*. Vti debemus rebus trãsitorijs, vt victu secundũ consuetudinem eorum, quibus cũ viuimus, quia non vsus, sed libido est in culpa. 6

CAP. *Deliciæ*. Deliciæ sine desiderio acceptæ non nocent, & cibi viles cum desiderio nocent abstinentiæ.

CAP. *Non coguntur*. Diuites non coguntur vti cibis pauperum, ne mutata consuetudine ægrotent, sed doleant, & dent vilia pauperibus.

CAP. *Quod dicit*. Non quid, vel quantum comedas secundum tuam naturam, sed æquanimitas, idest tolerantia in inopia, & temperantia in abundantia facit iustum.

CAP. *Parsimonia*. In victu, & vestitu laudatur, honorat domos religiosas, & congregationes.

CAP. *Sæpe*. Sub specie virtutis veniunt vitia, vt auaritia, parsimonia, &c.

CAP. *Episcopus*. Vilem supellectilem, & mensam, & victum habeat, sed auctoritatem fide, & meritis vitæ, habitet prope ecclesiam.

CAP. *Clericus*. Clericus non vestibus, & calceamentis decorem quærat, sed habitu, & incessu probet suam professionem.

DISTINCTIO XLII.

Episcopus sit hospitalis omnium indifferenter.

CAP. *Si quis*. Qui despicit, & non vult communicare cum his, qui sunt hospitales alijs amore Dei, anathema sit. 7

CAP. *Quiescamus*. Debemus indistinctè omnes hospitari, & non aliquos, alios non, aliter Abraham non recepisset Angelos. GLOS. Eleemosyna quotidiana facienda est omnibus petentibus amore Dei causa nutrimenti sine differentia; quomodo intelligitur. vide ibi.

CAP. *Non oportet*. CAP. *Nulli*. Episcopi, qui vocantur ad hospitandum, nihil sibi accipiunt, & in ecclesijs non fiat conuiuium, vel accubitus nisi transeuntibus in necessitate. *Carthag.*

CAP. *Oratorium*. In oratorio præter cultũ orandi, & psallendi nihil agitur.

DISTINCTIO XLIII.

Episcopum oportet esse Doctorem, sit discretus, vt non taceat dicenda, nec dicat tacenda. 8

CAP. *Sit Rector*. Rector sit cautus in dicendo, ne sua loquacitate offendat. *Gregor.*

CAP.

Clemens. CAP. *In mandatis*. Hæreticis, & Paganis non sunt secreta fidei manifestanda, sicut nec porcis, & canibus sacra danda.

Anaclet. CAP. *Scimus*. Prælati timore persecutionum non debent cessare ab officio, & doctrina.

Gregor. CAP. *Ephesijs*. Qui non vult delinquentes increpare tacendo, occidit, nec est immunis à sanguine subditorum.

Nicol. CAP. *Dispensatio*. Qui non spargit semen veritatis, damnationem incurrit, sicut qui debet parere. *c. despicit*.

DISTINCTIO XLIV.

Non in commessationibus, & ebrietatibus, præsertim in festis sint.

9 CAP. *Commessationes*. Sunt prohibendi, & monendi populi, & in multitudine non procedendum cum seueritate, idest excommunicatione.

CAP. *Non oportet*. Clerici non intrent tabernas. GLOS. Nisi causa necessitatis.

CAP. *Nulli clerico*. Non licet clerico exercere tabernam, vel ergasterium, idest stationem sub pœna depositionis.

CAP. *Clerici*. Clerici non ingrediantur tabernam causa edendi, vel bibendi, nisi necessitate peregrinationis.

CAP. *Mutus*. Reprehēditur Episcopus, qui vacat conuiuijs neglecta cura.

CAP. *Conuiuia*. Tunc conuiuia fiunt ex charitate, quando nullus detrahitur, vel irridetur, nec fabulat, & cum sobrietate.

CAP. *Nullus*. In anniuersarijs nullus presbyter, nec amore alicuius bibat, nec aliquem cogat bibere, nec iocos faciant.

10. CAP. *Quando autem*. Quando presbyteri conueniunt ad conuiuium, Prior, & deinde per vices cibos benedicant, & aliquis aliquid de Scriptura legat, mox reddant gratias.

CAP. *Quando*. Calendis quando conueniunt, in collatione modum non excedant, nec plus, quàm ter bibant.

CAP. *Non oportet* Clericis, vel laicis plures conferre ad conuiuia.

CAP. *Pro reuerentia*. In conuiuijs sacerdotum semper sit lectio sacrarum Scripturarum.

CAP. *Non liceat*. Nulli liceat ex consertis conuiuia facere, nec clerici, vel religiosi comedant ante tertiam horam, facta benedictione, & gratiarum actione.

DISTINCTIO XLV.

Non percussorem oportet esse Episcopum, ex irascibili, & sensu perturbato, sed sit patiens.

fol. 11. 1 CAP. *Quid autem*. Nouum, & inauditum, vt Episcopus quærat timeri verberibus: quare sit patiens, & arguat in omni patientia & doctrina.

CAP.

CAP. *Neminem*. Peccantem clericum nemo cædat, sed suspendatur triduo. GLOS. Non nimis enormiter, vel clericum in sacris. *Silvester.*

CAP. *Qui sincera*. Qui sunt extra ecclesiam non asperitatibus, & minis cogendi ad fidem, sed ratione, & Iudæi non molestandi, sed permittendi facere suas festiuitates. GLOS. Iudæi peccant mortaliter in cæremonijs, quia non differunt ab Idololatria; tamen per hoc non datur eis licentia peccandi, sed libertas à pœna, dummodo hæc non faciant in contemptum fidei. *Gregor.*

CAP. *Licet*. Subditos peccantes corrigat potius beneuolentia, quàm seueritas; cohortatio, quàm comminatio; charitas, quàm potestas: vt Christus non statim puniuit Petrum. Item Iudæi non sunt cogendi ad fidem, si tamen inuiti eam susceperint, sunt cogendi eam retinere.

CAP. *De Iudæis*. Non baptizati non sunt cogendi ad baptismum, quia non inuiti saluandi: sed qui sunt baptizati, etiam per vim, sunt cogendi manere in fide. GLOS. Coactio conditionalis non impedit sacramentum baptismi, & ordinis, sed matrimonium impedit: absoluta verò coactio omnia sacramenta impedit. Dormiens, qui prius voluit, si baptizatur, tenet. *Tolet.* 2

CAP. *Licet*. Qui quæ sua quærunt, volunt magis dominari, quàm consulere: placet honor, inflat superbia, cũ magis agit beneuolentia, quàm seueritas. *Leo.*

CAP. *Episcopum*. Est deponendus clericus, qui, vt timeatur subditos percutit, non sic Christus.

CAP. *Cum beatis*. Episcopi, non corripiant verberibus subditos, sed verbis; & qui excedit in hoc, sit excommunicatus, & exul. GLOS. Qui in sacris, non sunt verberandi, nisi pro maioribus culpis. qui in minoribus, pro minoribus. Item pater familias, si verberat filium clericum animo corrigendi, non est excommunicatus.

CAP. *Disciplina*. Misericordia cum disciplina copulanda, ne solæ destruantur; exemplum de vino, & oleo, & de Moyse: Dele me, & occidat vnusquisque.

CAP. *Omnis, qui iuste*. Qui iuste iudicat, misericordiam cum iustitia in statera portat timens Dei iudicia, ne & ipse condemnetur.

CAP. *Et qui*. Qui castigat, & qui remittit, vterque misericordiam, & eleemosynam dat.

CAP. *Tria sunt genera*. Tria sunt genera eleemosynarum, dare corporalia, dimittere offensam, corrigere peccatum.

CAP. *Duæ sunt eleemosynæ*. Eleemosyna cordis, idest dimittere offensam, est maior eleemosyna corporis, idest dare pecuniam. 3

CAP. *Sunt namque*. In Prælatis debent esse mansuetudo, & rigor disciplinæ.

CAP. *Vera iustitia*. Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur, sed cum misericordia.

CAP. *Recedite*. Peccatores non austeritate, sed mansuetudine adiuuandi.

CAP. *Sed illud*. Quando sacerdotes, vel Prædicator palpat populum peccantem, timens maledicentiam eius, Deus sæuit in populum.

CAP. *Sane percussor*. Qui non reprehendit malos, nec confirmat bonos, sed incaute loquitur, percutit infirmos.

DISTINCTIO XLVI.

4 *Non litigiosum, qui vt rustici garrulitatem, auctoritatem putant, & loquuntur ex ignorantia.*

Gregor. CAP. *Hoc habet*. Reprehenditur prælatus, qui in sublimitate arroganter loquitur, & dominando vsque vt faciunt adulatores.

CAP. *Sunt nonnulli*. Prælati non debent peccatores extollere,& laudare.

Carthag. CAP. *Clericus*, & seqq. vsq. ad fin. Clericus adulator deponatur: qui non probanda fratribus obijcit excommunicetur: maledicus degradetur: scurrilis, & turpis deponatur: inuidens profectibus fratrum non ordinetur: seditiosus vsurarius,vltor non ordinetur: non fœnera,vsuras,lucra,sescupla non quærat.

DISTINCTIO XLVII.

Non cupidum, & sic non vsurarium.

5 CAP. *Episcopus*. Exigens vsuras à debitoribus, deponatur. CAP. *Quoniam*. Vsurarius deponatur, etiam à regula, si est regularis.

Gregor. CAP. *Omnes*. Qui laborant pro terreno lucro,& honore,&c. probantur non diligere Deum, & cælestia. CAP. *De Petro*. Vsurarius non ordinetur. CAP. *Si quis*. Et degradetur.

Leo. CAP. *Virum*. Catholicus,præsertim sacerdos,sicut non debet detineri errore,sic nec cupiditate terrenorũ. CAP. *Bonorum*. Aliter nõ adhærebit Deo.

CAP. *Sicut hi*. Inuehitur contra auaros pulchre: vide ibi,&c. Item ordinandus sit domui suæ bene præpositus, & probat multis.

CAP. *Quantumlibet*. Non inueniuntur meliores, quàm qui in monasterio proficiunt, sicut peiores quàm qui deficiunt: & si non possunt corripi, non est culpa superioris.

CAP. *Quod ad nos*. Nobis curandum ne quis nostra culpa pereat: & si quis sua malitia perit, nobis non imputabitur.

6 DISTINCTIO XLVIII.

Nicenus. CAP. *Quoniam*. Neophytus non fiat Episcopus,sed postquam fuerit probatus, &c. qui contra fecerit, deponatur.

Gregor. CAP. *Sicut neophytus*. Neophytus dicitur qui repente in Religionis habitu plantatus ambit ordines sacros.

DISTINCTIO XLIX.

In genere Episcopus non debet esse criminosus.

7 CAP. *Hinc etenim*. Sacerdos non debet habere vitia animi significata per defectus corporis prohibitos, Leuitici 21. & explicat.

CAP. *Sacerdotes*. Qui ordinat indoctum,cœcum offert: qui lucra terrena quærentem, claudum: qui vitiosum, & pigrum,languidum.

DI-

DISTINCTIO L.

Qui criminosi etiam post peractam pœnitentiam non possunt exercere, vel ascendere. 8

CAP. *Si lapsis.* Lapsis non est danda licentia, vt reuertantur ad ordinem suum supplicatione nullius, ne corruat disciplina. GLOS. Idest depositis. *Gregor.*

CAP. *Qui semel.* Depositus non admittitur ad aliquē gradum sacerdotij. *Mart.*

CAP. *Presbyterum.* Idem, licet cum sponte confitente suum crimen mitius agatur. GLOS. Mitius cum confesso, quàm conuicto. *Ioan. 8.*

CAP. *Miror.* Sacerdos, qui commisit homicidium, nullo modo ministret: & hoc quærere est dementia, etiam post longam pœnitentiam. *Nicol.*

CAP. *Clericum.* Clericus non militet in seculo, & si occidit paganum, careat accepto, & non ascendat ad alium. GLOS. In *c. Miror.* Episcopus non potest dispensare cum homicida, nec cum simoniaco, nisi ignoranter, & in simplici beneficio, nec cum deposito, nec cum excommunicato celebrante, vel cum eo, qui accedit ad iudicium seculare, nec cum bigamo, nec cum filijs presbyterorum, vbi pater ministrauit. Item Episcopus dispensat in multis criminibus, & in genere, vbi non prohibetur Episcopus dispensare potest. *c. nuper, de sententia excomm.* *Nicol.*

CAP. *De his.* Clericus, qui defendendo paganum occidit, non ministret. GLOS. Si defendit se incaute, & sine moderamine. Item homicidium, aut est ex necessitate, aut casu, aut ex voluntate, nunquam est dispensandum cum eo, *c. Miror, eodem.* Si casu, & dabat operam rei licitæ, non impeditur, sed potest ministrare, & ascendere, nisi grande scandalum oriatur, quia tunc debet se purgare. *c. ex literis de homicidio*: rei illicitæ neutrum potest facere. *c. Clerico: & cap. si quis voluntate, eod.* Si ex necessitate, vel fuit necessitas euitabilis, & tunc non ascendat, sed in susceptis toleratur *c. de his clericis, eod.* ex misericordia *c. sicut de homicidio*: si fuit ineuitabilis, potest ministrare in susceptis sine dispensatione, sed petat dispensationem vt ascendat *c. suscepimus, & c. 2. de homic.* Sed melius quod ascendere potest sine dispensatione *c. quia te, eod.* 9

CAP. *Si Episcopus.* Si Episcopus, Presbyter, vel Diaconus committit capitale crimen, vt si falsat chartam, vel falsum testimonium dicit, depositus in Monasterium detrudatur, & cum communione laica tantū, donec vixerit. 10

CAP. *Si quis viduam.* Qui viduam, vel dimissam ducit est irregularis: Qui post baptismum est conscius homicidij, vel facto, vel precepto, vel consilio, aut defensione, non ascendat, nec ministret, & in morte tantum laicam comunionem accipiat. GLOS. Iudex executor, assessor in criminalibus sunt irregulares, & non ordinentur. Item ante baptismum, qui sine peccato occidit, an sit irregularis, videtur non. Lege Glosam.

CAP. *Peruenit.* Qui in sacris committit peccatum fornicationis, non ministret etiam post pœnitentiam. GLOS. Quando est conuictus, vel confessus, & nisi Episcopus dispenset, quia hic tantum reprehenditur indiscreta dispensatio.

CAP. *Accedens.* Idem vt in præcedenti: & qui audent ministrare, puniuntur, conceditur tamen communio laicalis in fine vitæ. GLOS. De- fol. 12. 1

gradatus percutiens non est excommunicatus, & Episcopus in aliquo casu potest mutare pœnas Papæ.

CAP. *Posquam.* In loco lapsi non restituendi: Episcopus intra tres menses prouideat eccl. siam de idoneo. GLOS. A die mortis pro electione, dantur tres menses, & alij tres pro consecratione, *Distinct. 100. & de elect. c. Ne pro defectu*, nisi per necessitatẽ prorogetur, *Dist 28. c. fin.* GRAT. è contra multis probat, post actã pœnitentiã licite posse ad ministrare, & ascendere.

2 CAP. *Ioannes Chrysost.* Affert multa exempla, in quibus eandem nacti fuerunt restituti ad pristinos, & nouos gradus.

CAP. *Ponderet.* Dicere lapsos sacerdotes non posse reuocari ad exercitium, est hæreticum, quæcunque solueritis erunt soluta: Idem de alijs, vt ordinentur. Item opinio, quæ vetat misericordiam, non est tenenda, nec audienda. Item tempore maturanda sententia, ne turbetur ordo.

CAP. *Et purgabit.* Sacerdotes lapsi post pœnitentiam purgati, possunt admitti, quia placent Deo, vt prius.

CAP. *Quia sanctitas.* Idem quod supra. CAP. *Quid est.* Idem: & iacentes in peccato, prædicare non debent CAP. *Ferrum.* Idem.

CAP. *Cum exaudiere.* Idem. CAP. *Iesu.* Idem. CAP. *Contumaces.* Idem CAP. *Si quis.* Idem, & Episcopus iudicet vendentes res ecclesiæ.

CAP. *Benevalet.* Idem; & contrarium fuit dictum propter simulatus pœnitentias. CAP. *Sacerdos.* Idem. GRAT. Concordat. Pœnitentes simulate, & ambitione honoris non recipit ecclesia, sicut nec Deus, veros sic.

3 CAP. *Vt constitueretur.* Ecclesia potest, & solet dispensare, sed propter fictas pœnitentias, vel ambitionem vtiliter reijcit. Item propter multitudinem, rigor iuris remittitur. GLOS. Rigor, ius, dispensatio differunt: rigor est austeritas, & excessus iuris ad terrorem, vide ibi: & non seruatur, nisi vbi timetur exemplum mali: quandoque rigor est subtilitas iuris, & mitigatur rigor multiplici causa. *c. pueris de sentent. excom.* Dispensatio est iuris relaxatio propter necessitatem, vel vtilitatem. *c. tali 1. q. 7.* Ius est medium inter vtrunque.

CAP. *Absit.* Idem, sed caute, ne occidamus dando occasionem peccandi.

CAP. *Si quis.* Non dispensandum ad petitionem etiam piorum religiosorum, nisi secundum canones, & facta pœnitentia: secus est ad iram Deum prouocare.

4 CAP. *Domino Sancto.* Lapsi v.g. in fornicationem, si vere eos pœnitet, admittuntur ad pristinos gradus, & honores: si ficte, non. Item quando in Concilijs inueniuntur sententiæ contrariæ, illius Concilij sententia est tenenda, cuius authoritas est potior, vel antiquior. GLOS. Magis misericordiosa. Item textus, valet quando constitutiones sunt particulares, sed quando sunt generales, semper posterior præiudicat, *de cogn. sp. c. 1.*

CAP. *Si quis diaconus.* Clericus in sacris deprehensus in adulterio, vel conuictus, vel confessus, non potest redire ad suum honorem, nisi vere pœniteat. GLOS. Sola deprehensio cum euidentia facti facit infamiam.

CAP. *Quicunque.* Lapsi difficile remittuntur ad pristinum gradum.

CAP. *Qui sub gradu.* Lapsus in gradu post pœnitentiam poterit baptizare, communicare infirmos, & ministrare altari. GLOS. Baptizare solemniter, sed non fiet Episcopus.

CAP. *Presbyteros.* Qui immolauerunt dæmonijs, si pœnitus coacte, admit-

admittuntur ad honores; si sub conditione non, nisi arbitrio Episcopi; si simpliciter, non. GRAT. Possunt & aliter conciliari Patres, si lapsi crimen est manifestum ante, vel post ordinationem, sunt deijciendi; si occulti post pœnitentiam, recipiantur.

CAP. *Sacerdotes.* Quando lapsus sacerdotis in fornicationem est publicus, 5
non potest habere honores secundum canones.

CAP. *De his.* Criminosus publicus non admittitur propter scandalum, occultus post pœnitentiam sacramentalem recipitur.

CAP. *De eo.* Cum hæretico ante recõciliationẽ nemo debet cõmunicare.

CAP. *De his clericis.* Qui in sacris, & in obsidione positi mutilantur extra necessitatem ineuitabilem, abstineant per duos annos, & pœniteant: & si negligunt, differatur tempus.

CAP. *Clerico.* Iaciens lapidem minus diligenter, si mutilat, potest dispensari cum pœnitentia. CAP. *Qui ante.* Qui non sponte, sed ineuitabili necessitate mutilat, non est irregularis.

CAP. *Studeat.* Clericus, si iratus sine animo occidendi percutit, & ille moritur, est irregularis: si moritur ex alia causa, vt vulnere, suspendatur ad tempus, mox ministret, & detur ex beneficio suo vnde sustentetur. GLOS. Si non occidit ex percussione clerici, sed alia causa, tunc non tenetur de morte, vel dicitur esse occasio proxima, & sufficiens mortis.

CAP. *Eos vero.* Qui casu committunt homicidium, pœniteant per quin- 6
quennium, postea restituantur.

CAP. *Si qua femina.* Domina, quæ verberando in triduo occidit ancillam, si voluntarie, per septem annos; si casu, per quinque abstineat à communione, nisi in morte.

CAP. *Si quis.* Idem si vir virum; & si voluntarie, ad ianuam ecclesiæ catholicæ semper subiaceat.

CAP. *Qui saccum.* Qui pecuniam in sacco furatur, est reus furti, etiam ratione sacci. GLOS. Secundarie, & accessorie.

CAP. *Eum qui.* Quando quis probat casu, & non voluntarie cõmisisse homicidium, liberatur. GLOS. Vt ex ludo licito, vel cõtrarius probet oppositũ.

CAP. *Frater videtur.* Idem quod supra. CAP. *Quantum dicit.* Idem. CAP. *Hi qui arbores.* Idem, idest casus non facit irregularitatem. CAP. *Sæpe contingit.* Idem.

CAP. *Si duo fratres.* Idem, si cedens arbores dixit, caue.

CAP. *Hi, qui.* Lapsi post pœnitentiam, & si ministrent in susceptis, non tamen ascendant; & si reincidant, priuantur etiam cõmunione. GRAT. Lapsi non solum restituendi in pristinum, sed possunt ascendere ad altiora.

CAP. *Considerandum.* Petrus post lapsum fuit factus pastor, vt compa- 7
tiretur alijs. GLOS. Petrus fuit factus Papa ibi, *Pasce oues*, non ibi, tu es Petrus. CAP. *Fideliter.* Idem. GLOS. eligendus est magis qui peccauit, & pœnituit, vt sciat compati.

CAP. *Ex pœnitentibus.* Clericus solemniter pœnitens non ordinetur, licet sit alioquin bonus; & si ordinetur, deponatur à clericatu, & ordinans scienter talem deponatur ab ordinatione. Idem si scienter ordinet bigamum. GLOS. Crimen detectum extra iudicium ab eodem impedit ordinandum.

CAP. *Quicunque.* Pœnitens, vel bigamus, qui se ingerit alicui ordini, satis erit, si dispensetur, vt in eo permaneat, sed non ascendat.

CAP. *Si vero.* Qui tantum in articulo mortis communicauit, & postea non egit solemnem pœnitentiam, potest ordinari.

CAP. *Si ille.* Qui vltro fecit pœnitentiam solemnem, & qui inuitus, est detrusus in monasterium ad agendam pœnitentiam, non potest ordinari. Item recipere dicta contra auctoritatem Sedis Apostolicæ, vel canones, temerarium, & periculosum est.

8 CAP. *Non confidat.* Impediuntur ordinari bigami pœnitentiati, illiterati, corpore vitiati, conditionarij, obnoxij rebus publicis.

CAP. *Canones.* Pœnitentes non possunt fieri etiam clerici.

CAP. *Si quis post.* Qui post remissionem peccatorum habuit cingulum militiæ secularis, non admittitur ad clericatum.

CAP. *Quamuis.* Priuata pœnitentia non denegatur peccantibus toties, quoties: publica satis est semel.

CAP. *Pœnitentes.* Pœnitentia solemnis sic facienda: sacerdos imponit manum suam super caput, & cilicium: deponant comam, & vestimenta; secus non recipiantur. Item iuuenibus non facile committenda pœnitentia propter fragilitatem. Item viaticum in morte nulli negandum.

CAP. *In capite.* Describitur fuse modus imponendi pœnitentiam solemnem. CAP. *Confirmandum.* Clericis nunquã imponatur publica pœnitentia.

9 CAP. *Illud quoque.* Sicut non permittitur clericis facere pœnitentias, sic nec pœnitentibus accipere clericatum.

CAP. *Alienum est.* Sacerdoti, & Diacono non imponitur publica pœnitentia ex traditione Apostolica.

CAP. *Placuit.* Pœnitens publicus non fiat clericus, nisi ob necessitatem, & tunc in minoribus: & si erat Diaconus, exerceat tantum subdiaconatum.

CAP. *Hi qui.* Clerici apostatæ non admittantur ad communionem, nisi post pœnitentiam, & reassumpto habitu, sed non ad clericatum.

DISTINCTIO LI.

Innoc. CAP. *Aliquanto.* Aduocati, milites, officiales, & histriones non possunt
10 ordinari, propter scandalum tolerantur. GLOS. Si ante baptismum, non prohibeatur. Item causa sanguinis fiunt irregulares, accusator, aduocatus, iudex, testis, notarius, licet possint defendere, licet accusans succumbat eadem pœna. sed tutior est opinio, quod clericus, nec pro accusatore, nec pro reo possit aduocare, quia per consequentiam intendit talionem, & si non directe.

CAP. *Designata.* Qui post baptismum militauit, fuit curialis, &c. non ordinetur,

CAP. *Praterea.* Curiales, vel obligati officijs publicis, dum sunt in eis histriones, & mimi, non sunt promouendi. GLOS. Obligatus ad aliquid faciendum debitum potest ingredi monasterium.

Tolet. CAP. *Si quis.* Miles, qui militauit ad occidendum, non ordinetur, nisi ex dispensatione, & ad minores tantum.

CAP. *Qui in aliquo.* Ordinandus Episcopus debet carere xxvj. impedimentis: vt non criminosus, infamis, etiam de facto, pœnitens publicus, non in hæresi, non mutilati, bigami, concubinarij, serui, ignoti, neofiti, laici, miles, curialis, illiterati, xxx. annorum, qui non per gradus ascendunt, qui per habi-

habitum, vel simoniam, non electus à decessore, sed à Clero, & Metropolitano: consecrandus die Dominico, vbi elegit Metropolitanus. GLOS. Episcopus ipso facto, v.g. ordinando dispensat circa notum, non ignotum.

DISTINCTIO LII.

fol. 13.

GRAT. Qui per saltum ordinatur, tandiu abstineat, donec accipiat prætermissum. 1

CAP. *Sollicitudo*. Qui per saltum ordinatur negligentia potius, quàm contemptu, non ministret, nisi post acceptum ordinem omissum. *Alex.*

DISTINCTIO LIII.

CAP. *Legem*. Qui obligati sunt ratiocinijs publicis, vel militia, & hi, qui seculi actionibus implicati sunt, non sunt præpropere suscipiendi in clero ecclesiastico, quia non student seculum fugere, sed mutare, nec in monasterijs recipiendi, nisi sint absoluti probris, ratiocinijs: & milites post examen subtile sunt probandi per triennium. GLOS. Iuramentum militum, vel clericorũ non impedit quin Religionem ingrediantur: probatio ex consuetudine est facienda in habitu monachali. Item incognitus probatur per triennium, notus per annum. 2 *Gregor.*

DISTINCTIO LIV.

CAP. *Nullus*. Seruus non ordinandus, nisi libertate donetur. GLOS. Tacita voluntas Domini sufficit. 3 *Leo.*

CAP. *Nulli*. Seruus non ordinandus, nisi charta eius libertatis in publico legatur: & seruus male promotus fit seruus, vt prius. GLOS. Publice factis nemo potest cõtradicere. Item seruus malè ordinatus remanet seruus, vt prius, nisi sit presbyter, vel diaconus. Non gaudet priuilegijs, nisi vno solo. *c. si quis suadente*, & quidem in odium laicorum, non in fauorẽ sui; & sic non potest vapulare, sed potest accusari à laico. Item depositus potest verberari sine excommunicatione, sed nõ potest ducere vxorem. CAP. *Magnus*. *Tribuen.*

CAP. *Qui ex familijs*. Seruus ecclesiæ non ordinetur nisi fiat liber, & si in clericatu sint ingrati, & flagitiosi, iterum serui fiant. *Tolet.*

CAP. *Quicunque*. Serui manumissi aliquo obsequio retento pro dominis non ordinentur. GLOS. Obsequium consistens in non faciendo non remittitur nisi specificetur.

CAP. *Si quis*. Obligatus tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio domus, non est ordinandus, nisi de consensu patroni. *Martin.*

CAP. *De rebus*. Bona, & peculium serui facti liberi, & ordinati, dominus vel sibi retineat, vel illi concedat, vt vult.

CAP. *Ex antiquis*. Seruus sine licentia ordinatus perdat peculium, sed maneat in suo ordine diaconus, vel det alium pro se, vel maneat seruus: clerici sint serui sine priuilegio. GLOS. Amittit peculium, quod acquisiuit post sacerdotium, vel vsum peculij, quem habebat. Item diaconus si non potest vicarium, dando pretium se liberat. *Gelasius.*

CAP. *Frequens*. Seruus ordinatus inscio domino, si est clericus seruiat; si presby- 4

presbyter, vt supra. CAP. *Quis aut*. Idem vt supra.

CAP. *Generalis*. Serui sine consensu dominorum, nec clerici, nec regulares fiant, & minatur recipientibus illos, vel non restituentibus.

Gregor. CAP. *Mancipia*. Mancipia Iudæorum reducantur ad libertatem.

Tolet. CAP. *Nulla officia*. Iudæis non dentur officia publica, ne pœnam imponant christianis; & serui christiani si sunt maculati iudaismo, vel circumcisi, sine pretio liberentur.

Gregor. CAP. *Fraternitatem*. Serui iudæorum, siue sint iudæi, siue pagani, si qui velint fieri christiani, si sunt ipsius merces exponantur venales per tres menses, & si inueniunt emptorē soluto precio fiant liberi, vltra tres menses fiant liberi simpliciter. GLOS. Quia præsumuntur ad vsum. Item precium sunt xij. solidi, quos quærat hostiatim, si nemo vult eos emere. Item contra præsumptionem iuris, vel de iure non admittitur probatio: quando ius non tantum præsumitur, sed statuit aliquid certum.

CAP. *Si quilibet*. Seruus iudæorum christianus fugiens causa fidei, est dandus libertati. CAP. *Etsi*. Etiam non dum baptizati.

CAP. *Præsenti*. Iudæorum seruus, qui christianus, vel qui vult fieri christianus solutis xij. solidis sit liber: & si hæbreus non vult, tamen seruus sit cum christianis.

5 CAP. *Si seruus*. Episcopus scienter ordinans seruum nescio domino, soluat duplum; & si ignoranter, soluant qui supplicauerunt, vel testes.

CAP. *Si seruus*. Seruus si sit clericus sciente, & non contradicente domino fit liber: si nesciente, intra annum recuperet eum probata seruitute. Item si per triennium probatus efficitur monachus, est liber. Episcopus liberat à fortuna seruili, vel ascriptitia, sed non à curiali. Item ascriptitij possessionibus possunt fieri clerici inuitis dominis, quia adhuc remanent ascripti.

Leo. CAP. *Admittuntur*. Non ordinentur serui, & obligati, nisi cum voluntate dominorum.

Synodus. CAP. *Abbati*. Abbas, vel monacus non potest facere seruum monasterij liberum, quia non sunt domini, ergo non possunt alienare.

Greg. CAP. *Multos*. Seruitus monasterij non impedit, quin ordinentur si probati, alioquin idonei comprebentur.

CAP. *Prohibendum est*. Liberti, quorū patroni viuunt, nō sunt ordinandi.

DISTINCTIO LV.

6 CORpore vitiati non ordinentur, nec ministrent. GLOS. Sponte vitiati in quocunque membro repelluntur. *c. pœnitentem, 2. d.* si casu, vel ab hostibus inuiti, vel propter ægritudinem voluntarij, siue à se, siue à medicis, non obstat, & *c. si quis à medicis, ead.* si alias, vel in opere illicito, expelluntur: si licito, & in minimis membris, aut occultis, non repelluntur. *c. qui partem, ead.* si in magnis, & manifestis, non promouentur, *c. si Euangelia, ead.*

Gelasius CAP. *Priscis*. Monachi, & laici, si sint aliàs idonei in necessitate ecclesiæ possunt ordinari ad sacramenta ministranda, sed constet de ante acta vita, vt non sit aliquo facinore infectus, illiteratus, bigamus, sordidatus ab adolescentia, corpore vitiatus, seruilis, vel originariæ conditionis, curiæ, vel reip. implicatus, publice pœnitentiatus, nō discussus aliquo tempore. GLOS. Hæc impediunt etiam in casu necessitatis. Item vbi non est copia aliorum, sumuntur mi-

tur minus legitimi. Item monachi non possunt esse Prælati ecclesiarum secularium, nisi ex dispensatione, sed de iure communi possunt promoueri ad parochiam, si habent suum socium sui ordinis.

CAP. *Nullus*. Qui audet ordinare pœnitentem, bigamum, viduæ maritum, est suspensus per annum à celebratione Missæ,& si præsumit celebrare, est excommunicatus,& deponatur. GLOS. An annus bisextilis habeat vnum diem plus: res est dubia. 7

CAP. *Pœnitentes*. Pœnitens illiteratus, mutilatus non ordinetur, & hos ordinans factum suum dissoluit.GLOS.De iure communi nemo venit contra factum suum, nisi in casibus expressis à iure. GRAT. Corpore vitiati prohibentur ordinari qui non casu, sed propria voluntate sunt abscissi.

CAP. *Si quis*. Qui amputauit sibi virilia non ordinetur, & si est clericus non ministret, quia est homicida. GLOS. Quia mori potuit. Item Marcus, & Origenes trahuntur in exemplum. 8

CAP. *Hi, qui*. Qui abscindunt virilia propter castitatem non ordinentur.

CAP. *Qui partem*. Qui sibi volens abscidit partem digiti,non ordinetur; si casu in opere licito, ordinetur, vel ministret. GRAT. Qui in morbo à medicis, vel à barbaris, vel à dominis castrantur possunt promoueri. *Innoc.*

CAP. *Si quis à medicis*. Sectus ob membrum à medicis, vel casu à barbaris, vel à domino, si est dignissimus potest ordinari, & celebrare; si à se sanus, non. GLOS. Medicus si conscientia eum non remordet,potest promoueri. *c.ad aures, de etat.& qual.* & imperitia imputatur in culpam. Item defectus potest ordinari,si non patitur nimiam deformitatem.*c.presbyterum, de cler.agrot.* Item qui seruum castrat est pœna capitis,& confiscationis.

CAP. *Eunuchus*. Eunuchus, vel per insidias, vel in persecutione factus, potest esse Episcopus. GLOS. Non est necesse seruare carnem illam, vel pulueremꝯ. 9

CAP. *Si quis pro*. Idem vt supra, & qui se castrat ad sedandas concupiscentias carnales non potest ordinari. GLOS. Si sine baculo potest ire ad altare, sed contra *dist.49. c.1.& vlt.*

CAP. *Lator*. Qui casu habet digitum abscissum sine sua culpa, sed casu, aut à medicis, vel paganis,&c. potest ordinari. GLOS. Si non est deformitas magna. *Stephan.*

CAP. *Precepta*. Qui sanus factus est sacerdos, & in dignitate, si mox casu,& sine culpa debilitatur,vel bursam amittit,nō est priuandus. GRAT. Supradicta non intelliguntur de omnibus membris casu amissis: nam qui casu amittit oculum, non potest ordinari. *Gelasius.*

CAP. *Si Euangelica*. Qui etiam inuitus priuatur oculo,non potest ordinari, quia ius nihil distinguit. GLOS. Sponsa oppressa à sponso potest intrare Religionem.

DISTINCTIO LVI.

Illegitimi non possunt ordinari, nisi in Religione, & qui filij presbyterorum possint ordinari.

CAP. *Presbyterorum* Filij non possunt ordinari, nisi sint probati in religione, vel canonia regulari, idest post dispensationem. GLOS. Non *Vrbanus.*

fic nepotes. GRAT. Intelligitur de filijs, qui funt imitatores parentum in incontinentia, fecus fi funt honefti, imò poffunt fieri Epifcopi.

CAP. *Ofius*. Numerantur multi Papæ, qui fuerunt filij presbyterorum, qui ante facros ordines habuerunt ex vxore filios.

CAP. *Vndecumque*. Crimen patris non nocet illegitimo fi bene viuat, ideft quoad falutem; nec coniugium iuuat filium,fi male viuat.

CAP. *Numquam*. Filius fi eft bonus non debet eum pudere de peccatis
fol. 14. parentum, vt fi mater fuit meretrix. CAP. *Nafci*. Idem.

1 CAP. *Sponfus*. Iniquitas parentum non nocet filijs, vnde Chriftus voluit habere progenitores bonos, & malos.

CAP. *Satis*. Clericus non debet priuari officio, & gradu aliena culpa,& non fua. GLOS. Sæpe quis punitur fine culpa, fed non fine caufa.

CAP. *Dominus*. Natus ex adulterio fi bonus eft ordinari poteft: probat exemplo Chrifti. GLOS. Ex difpenfatione.

CAP. *Ifmael*. A populo Dei non feparat materna iniuria, fed propria culpa,vt in Ifmael. GRAT. Contrarium probat,ideft vitia parentũ nocent filijs.

Bonifac. CAP. *Si gens Anglorum*. Deus propter peccata permittit chriftianos puniri à gentibus, vt Anglos, & Hifpanos, Burgundos.

CAP. *Nifi aut*. Filij facerdotum fi fint regulares ordinentur. CAP. *Apoftolica*. Idem. CAP. *Cenomanenfem*. Idem difpenfetur. CAP. *Quid*. Idem.

DISTINCTIO LVII.

2 GRAT. In ægritudine baptizatus non eft ordinandus. GLOS. Quia præfumitur timore mortis, vel peccata non effe dimiffa: fi moritur, præfumuntur dimiffa.

CAP. *Si quis in*. In morbo baptizatus non ordinatur, quia eius fides eft ex neceffitate, & non voluntaria, nifi mox aliter conftet, vel fit neceffe.

DISTINCTIO LVIII.

3 GRAT. Monachus non promouetur ad officium ecclefiafticum nifi de voluntate Abbatis. GLOS. Quia monachus eft feruus fine velle, &c.

Gregor. CAP. *Nullus*. Monachus non promouendus ad officium ecclefiafticum, nifi Abbas fponte offerat Epifcopo. GLOS. Et de confenfu Conuentus, quia eft alienatio quædam.

Carthagin. CAP. *Si quis de*. Epifcopus fi fine confenfu Abbatis monachum ordinat, vel in fuo monafterio maiorem facit,communicet cũ fuis,& ille eft fufpenfus. GLOS. Monachus poteft effe Prælatus in ecclefia feculari, vel Epifcopus, vel plebanus,vel canonicus fecularis,vicedominus Epifcopi,vel œconomus.

DISTINCTIO LIX.

Ordinati nõ afcendant nifi exercitati in interftitijs feruandis.

Sozimus. CAP. *Qui ecclefiafticis*. Qui non eft exercitatus in ecclefiafticis difciplinis per temporum interftitia,& qui præfumit ordinare talem, careat & ordine.

CAP.

CAP. *Si officia*. Non ordinentur nisi probati in singulis ordinibus per interstitia, mox fiat Episcopus : reprehenditurque turba sacerdotum, & eos ordinans.

CAP. *Hoc ad nos.* Laicus repente factus sacerdos non creatur Episcopus, ne prius sit magister, quàm discipulus, sed exerceatur in singulis ordinibus.

CAP. *Ordinatos.* Idem. GLOS. Nemo debet consolari ad hoc vt digni- *Calest.* tatem consequatur. Item an sola spes inducat simoniam, pro honesto seruitio nō, secus sic. Item subito recipiens ordinē præsumitur accepisse in fraudē.

DISTINCTIO LX.

Ex iam ordinatis, quis assumendus in Archipresbyte rum, Præpositum, Episcopum, Archiepiscopum. 5

CAP. *Nullus*. Non eligatur in Archidiaconum, nisi sit Diaconus, nec *Vrbanus.* Archipresbyterum, vel Decanum nisi sit presbyter, est enim prohibitum. GLOS. Hodie est derogatum, & sufficit si sit in ordinibus minoribus, & breui tempore accipiat ordinem requisitum. *c. præterea, de ætat. & qualit.* & in sexto *c. permittimus*. Item in collatione Archidiaconatus spectanda est consuetudo. CAP. *Nullus in*. Idem, vt supra. CAP. *Innouamus.* *Innoc.* Qui non ordināntur ordine, quem dignitas requirit, priuantur honore. Item pueri non eligantur ad dignitates.

CAP. *Nullus in Episcopum*. Non ordinetur Episcopus nisi sit in sacris, *Vrbanus.* & spectatæ vitæ. GLOS. Hodie in subdiaconatu. Item laicus non potest postulari in Episcopum.

DISTINCTIO LXI.

Laici non fiant Episcopi nisi probati per singulos ordines. 6

CAP. *Sacerdotale*. Ex laicis non fiant subito sacerdotes. GLOS. Nisi *Gregor.* sit necessitas, & tunc qui annum cum dimidio.

CAP. *In sacerdotibus*. Idem & Episcopus fiat qui diu est probatæ vitæ.

CAP. *Non negamus*. Idem, & publicè pœnitens non fiat Episcopus.

CAP. *Miserum*. Idem. CAP. *Miramur*. Idem 1. ad Timoth. 5. *Manus* *Innoc.* *cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.*

CAP. *Episcopum.* Nullus creetur Episcopus, nisi probatus vita, & moribus.

CAP. *Quid proderit*. Idem, & non relinquendi exercitati.

CAP. *Statuimus*. Non ordinentur inexperti. GLOS. Seniores in electione præponēdi. GRAT. Hæc sunt intelligenda, nisi laicus sit magnæ virtutis, vt Nicolaus, Ambrosius, &c.

CAP. *Neophytus*. Hic non ordinandus Episcopus, ne superbiat; sed si est humilis, ordinandus : sic Ambrosius de seipso.

CAP. *Osius*. Laicus quicumque postulatus Episcopus non consecretur, 7 nisi prius sit exercitatus in alijs ordinibus. GRAT. Postulatur laicus & impeditus, vel extraneus, sed eligitur idoneus. GLOS. Postulantes post scrutinium publicatum non possunt recedere.

CAP. *Episcopus dum*. Postulatus est eligendus cum decreto subscripto ab omnibus,

omnibus,& Romam mittendus. GLOS. Etiam ſine ſcriptura electio tenet. GRAT. Clerici externi non præferendi proprijs eccleſiæ, ſi ſint digni.

CAP. *Nec emeritis*. Non præferantur extranei proprijs.

CAP. *Nullus*. Non detur Epiſcopus iuuitis,& extranei non præferantur proprijs clericis,ſi quis eſt dignus; ſecus,reclament. GLOS. Etiam nec inuitis laicis. CAP. *In ordinatione*. Idem.

CAP. *Studij*. Eligatur de gremio in quantum fieri poteſt. CAP. *Obitum.* Idem,& interim commendatur Diœceſis alteri. CAP. *Catanenſis.* Idem.

CAP. *Bene nouit*. Idem,& ſic ſine vitio canonico, & per tempora aſcendat. CAP. *Quoniam*. Viſitator non patiatur bona eccleſiæ perdi.

DISTINCTIO LXII.

8 *A quibus ſunt eligendi, & conſecrandi Epiſcopi.*

Leo. CAP. *Nulla ratio*. Qui non ſunt expetiti à populo,electi à clero, conſecrati à prouincialibus,non ſunt habendi Epiſcopi.

Caleſt. CAP. *Docendus*. Populus eſt docendus, & monendus, & non eſt regula cleri; & ſi non quieſcit, excommunicandus.

Caliſtus. CAP. *Nullus*. Nemo conſecrandus niſi ſit legitime electus, ſecus deponendus.

DISTINCTIO LXIII.

9 *Laici nullo modo ſe immiſceant electioni.*

Adrian. CAP. *Nullus laicorum*. Nullus laicus,etiam Princeps, ſe inſerat electioni Pontificũ;& ſi quid tentat contra eam canonicam,ſit excommunicatus. GLOS. Si aliqui ſeparatim, & non in communi conſenſerunt,electio non valet, quia clandeſtina. *c. in geneſi de elect.*

6. Synod. CAP. *Adrianus*. Idem, niſi laici ſint inuitati, & tunc obtemperent cum reuerentia. GLOS. Ad arcendos malos.

CAP. *Valentinianus*. Idem,exemplo Valentiniani in electione Ambroſij.

CAP. *Porrò*. Auctoritate Apoſtolica,& non regio fauore eligendus Epiſcopus. GRAT. Clerici non debent iurare fidelitatem laico, niſi habeant ab ipſo regalia.

CAP. *Si per ordinationem*. Qui accipit eccleſiam à laico, non recipiatur à comprouincialibus; & qui eum recipit,eſt excommunicatus. GLOS. Nec confirmatur aſſenſu Prælati.

CAP. *Non eſt*. Turbæ non faciunt electionem ordinandorum ſacerdotum. CAP. *Omnis*. Electio facta à Principibus eſt irrita.

CAP. *Non licet*. Ordinandi ſacerdotes non eligantur à populo.

10 GRAT. Aliqui dixerant contra prædicta.

Greg. CAP. *Quia igitur*. Voluntas Principis deſideratur in electione Pontificis; & electum Papa confirmat. CAP. *Quanto*. Papa confirmat electum à clero, & populo. GLOS. Electores poſt publicationem ſcrutinij non poſſunt variare, ante poſſunt. Item electo acquiritur ius prælaturæ, vel exercendi, ſed per confirmationem datur exercitium, & non ius nouum. Item nominatio ſi exprimit conſenſum de præſenti,dat ius, ſecus non.

CAP.

CAP. *Plebs*. Vocandi omnes ad electionem Episcopi. CAP. *Nosse*. Idem, & electio est cleri,sed vocatur populus, vt doceatur. CAP. *Episcopos*. Idem.

CAP. *Literas*. Clericus postulatus cum consensu sui Episcopi, eligendus est, postulandus est à populo etiam.

CAP. *Principali*. CAP. *Reatina*. CAP. *Nobis*. CAP. *Lectis*. Requirendus est consensus Principis electione celebrata, nisi aliud suadeat consuetudo, vel sit ius patronatus. *Pelagius.*

CAP. *Metropolitano*. CAP. *Si in plebibus*. Electio facienda cum voluntate cleri, & populi.

CAP. *Agatho*. Siculus Agatho abstulit, vt Papa confirmaretur ab Imperatore.

CAP. *Adrianus*. Papa concessit Imperatori ius eligendi Papam, & ordinandi Apostolicam Sedem, inuestire Episcopum. fol. 15.

CAP. *In Synodo*. Idem conceditur Othoni successoribus,& in Italia. 1

GLOS. Imperatores, vel renuntiarunt, vel per non vsum omiserunt, vel causæ cessarunt.

CAP. *Salonitanæ*. Ad preces Principum remittitur male ordinatus, sed non simonia, vel irregularitas.

CAP. *Cum longe*. Toletanus Episcopus in Hispania confirmabat Episcopos electos à Rege.

CAP. *Clerici*. Plebis non est eligere,sed electioni consentire. CAP. *Vita*. Idem pro pace. CAP. *Quia sancta*. Papa eligitur coràm laicis, ne fiat tumultus. GRAT. Postea propter abusus fuit prohibitum laicis, & Imperatori inesse electioni.

CAP. *Cum Adrianus*. In electione Papæ, ad tollendum abusum, Legati Imperatoris non sunt vocati, & quiescunt. 2

CAP. *Ego*. Ludouicus Imperator concedit Ecclesiæ Romam cum attinentibus, & liberam facultatem eligendi Papam, &c.

CAP. *Inter nos*. Electio Papæ debet fieri iuste, & canonice. CAP. *Constitutio*. Imperator iubet, vt nullus impediat electionem Papæ.

CAP. *Tibi Domino*. Continet iuramentum Othonis honorandi Papam, & defendendi terras Ecclesiæ.

CAP. *Sacrorum*. Episcopi eligantur libere à clero secundum Canones. GRAT. Sicut electio Papæ non fit tantum à Cardinalibus, sed à clericis religiosis; sic electio Episcopi non à solis canonicis, sed à viris religiosis.

CAP. *Obeuntibus*. Mortuo Episcopo, intra tres menses canonici cum religiosis viris eligant; & si soli eligunt, electio est nulla.

CAP. *Si forte*. Si vota sunt diuisa, Metropolitanus eligat digniorem, sed non ordinetur nisi sit gratus ciuitati, ne oderint.

DISTINCTIO LXIV.

A quibus, quo tempore, & loco ordinandi. 3

CAP. *Episcopi*. Metropolitanus conuocatis omnibus comprouincialibus, vel ex causa saltem tribus,cum consensu aliorum per litteras,ordinet Episcopum. *Anacles.*

CAP. *Ordinationes*. CAP. *De electione*. Idem: & si duo tantum ordinent, punian-

puniantur. CAP. *Comprouinciales*. Idem. CAP. *Extra*. Non ab vno, nec sine consensu Archiepiscopi ordinetur.

CAP. *Quia per*. Episcopi consecrentur à Metropolitano secundum iura, & ipse ab Episcopis. CAP. *Episcopum*. Idem quod supra.

CAP. *Illud generaliter*. Episcopus ordinatus non à Metropolitano, vel de eius licentia, non oportet vt sit Episcopus. GLOS. Deponatur quoad exercitium.

DISTINCTIO LXV.

4 *Si Episcopi dissentiant in consecratione Episcopi, maior pars obtineat.*

Nicena. CAP. *Sanè si*. Si in conuentu legitimo pro consecrando Episcopo aliqui contradicant, obtineat maior pars. GLOS. Si Archiepiscopus contradicit sine causa, fiat.

CAP. *Non debet*. Dicit modum consecrandi, vt supra, & maior pars præualeat; si secus fiat, ordinatio non valet. GLOS. Præsentatus quis per litteras.

CAP. *Episcopus*. Idem quod supra. CAP. *De persona*. Si in prouincia adest primus Archiepiscopus, nō consecret Episcopus sine cōsensu Primatis.

CAP. *Placet*. Idem, & si Archiepiscopus abest, tres Episcopi ex præcepto Primatis possunt Episcopum ordinare.

CAP. *Mos antiquus*. CAP. *Quoniam mos*. Seruetur honor Primatis, idest Metropolitanus eligit, & primus consecrat Episcopum.

CAP. *Si quis*. Episcopus ordinatus cum licentia Metropolitani intra duos menses se præsentet Metropolitano; & si est impeditus, per litteras; secus, corrigatur à Synodo.

CAP. *Si forte*. Si in prouincia superest vnus tantum Episcopus, hic vocet conuicinos pro alio ordinando; & si non facit, conuicini ad preces plebis illo admonito consecrent.

5 DISTINCTIO LXVI.

Anicetus CAP. *Archiepiscopus*. Archiepiscopus debet consecrari ab omnibus suffraganeis, si secus fiat, consecratio est irrita. GLOS. Quoad executionem officij.

CAP. *Porrò*. Episcopus non ordinetur minus, quàm à tribus Episcopis cum assensu aliorum.

DISTINCTIO LXVII.

CAP. *Reliqui*. Reliqui inferiores Episcopo, vt sacerdotes, ordinentur ab vno, & proprio Episcopo cum testimonio populi, saltem trium.

CAP. *Episcopus*. Solus Episcopus ordinat inferiores, sed non potest solus eos deponere.

CAP.

DISTINCTIO LXVIII.

An qui ordinati sunt ab his, quos non constat fuisse Episcopos, sint iterum consecrandi. 6

CAP. *Sicut semel*. Semel ordinatus non est iterum ordinandus, vt baptizatus: & si cum aliqua culpa, agat pœnitentiam.

CAP. *Presbyteris*. Ordinati ab Episcopo, de quo dubitatur an fuerit Episcopus, de nouo ordinantur, si sint idonei. GRAT. Hoc non est reiterare, sed cautela.

CAP. *Ecclesijs*. Ecclesiæ consecratæ ab Episcopo catholico non sunt iterum consecrandæ, nisi sint ab igne combustæ, vel ab effusione sanguinis, vel seminis pollutæ, sicut baptizatus non baptizatur, *de consecrat. dist. 1. c. si motum. c. ecclesijs*. GRAT. In quibus differt Episcopus à chorepiscopo, quia hic potest ordinari in vicis, non dat formatas, sed commendatitias, dat tantum minores.

CAP. *Quamuis*. Chorepiscopus non potest consecrare presbyterum, virgines, altare in sacrata erigere, chrismare, reconciliare pœnitentes, vel hæreticos, & alia, &c.

CAP. *Chorepiscopi*. Tolluntur ab Ecclesia Dei. CAP. *Quorum vices*. Episcopi succedunt Apostolis, qui etiam sunt filij Ecclesiæ.

DISTINCTIO LXIX.

Abbates si habent manum impositam ab Episcopo, possunt tonsurare. 7

CAP. *Quoniam*. Nemo in ecclesia legat epistolam, vel lectionem super populo, nisi sit consecratus ab Episcopo. Item Abbas sacerdos, cui ab Episcopo manus imposita est secundum morem, potest conferre in suo monasterio lectoratum. GLOS. Superiores ordines non potest, nisi ex priuilegio. Item inuitatus potest monachos alterius monasterij ordinare. Item legere epistolam non potest nisi subdiaconus.

CAP. *Non oportet*. Qui non sunt promoti ab Episcopo, non exorcizent, nec in ecclesia, nec domi.

DISTINCTIO LXX.

GRAT. Episcopus non ordinet non suum, nec sine titulo. GLOS. Sub pœna alendi illum, & vterque suspendendus. 8

CAP. *Neminem*. Ordinatus sine titulo beneficij, vel patrimonij, vel paupertatis, caret executione ordinum in iniuriam ordinantis. GLOS. Etiam in peccati pœnam ordinati, qui permisit se sic ordinari.

CAP. *Sanctorum*. Ordinatio facta sine titulo est irrita. Item clericus perseueret perpetuo in ecclesia, in qua est titulatus. Item clericus non intituletur in duabus ecclesijs: & licet ex dispensatione Episcopi clericus possit præsidere duabus ecclesijs, non tamen canonicus præbendatus. Item præpositus

tus maioris ecclesiæ curet officiari capellas pauperes. GLOS. Solus Papa dispensat super plures curatas, & dignitates. CAP. *De multa*. Idem,& Episcopus circa plura simplicia.

DISTINCTIO LXXI.

9 GRAT. Clericus vnius Episcopi non est ordinandus, vel instituendus ab alieno Episcopo sine literis proprij.

CAP. *Illud quoque*. Nemo ordinet alienum sine licentia sui Ordinarij, secus ordinatio est irrita. CAP. *De aliena*. CAP. *Si quis*. Idem.

CAP. *Clericos*. Idem vt supra, & clerici maneant in sua ecclesia, & qui eos suscipit est excommunicatus cũ clerico, nisi discesserit causa necessitatis.

CAP. *Fraternitatem*. Auctoritate Apostolica clericus vnius ecclesiæ vastatæ potest ordinari à non suo. GLOS. Sede vacante, nec Capitulum, nec Visitator potest dare hanc licentiam, quia est alienare.

CAP. *Primatus*. Clericus alienus non est suscipiendus in aliena ecclesia sine litteris proprij Episcopi. GLOS. Sufficiunt testes.

CAP. *Extraneo*. Clericus extraneus, sine literis commendatitijs sui Episcopi non ministret. CAP. *Hortamur*. CAP. *Nullum*. Idem.

DISTINCTIO LXXII.

10 CAP. *Episcopus*. Episcopus nisi rogatus non det dimissorias. CAP. *Clericum*. Nemo clericum alienum retineat, vel promoueat.

CAP. *Placuit*. Electus ab vna ecclesia non teneatur ab alia.

DISTINCTIO LXXIII.

fol. 16.

1 CAP. *In nomine*. CAP. *Sanctissimo*. Dantur formæ scribendi litteras commendatitias cum literis Græcis.

DISTINCTIO LXXIV.

GRAT. An quis sit cogendus vt ordinetur. GLOS. Pro necessitate, vel vtilitate, est cogendus per superiorem ab officio, & per consequens regulariter à beneficio: sed si semper est inuitus, non cogendus.

CAP. *Episcopus*. Episcopus si præsumat ordinare reclamantem, vel inuitum, est suspensus per annum à celebratione Missæ.

CAP. *Gesta*. Sicut non debet inuitus ordinari, ita nec insons à ministerio sui ordinis iniuste. GLOS. Regularibus inuitis arctior vita nõ imponẽda.

CAP. *Si qui*. Qui clericus non vult promoueri, nec remaneat in ordine in quo est. GLOS. In casu necessitatis: & si dicit se criminosum, est credendus; si insufficientem, audiendus.

2 CAP. *Placuit*. Idem. CAP. *Episcoporum*. Episcopus posteriores prioribus non præponat, nisi cõteptores, vel ineptos, quibus det administratorẽ.

CAP. *Quorundam*. Episcopus, qui clericum ordinatum in vna ecclesia, in alio loco ponit, vbi affligitur, & tristatur, debet eum mutare, nisi culpa eius mereatur.

CAP.

CAP. *Vbi-ista*. Qui inuitum ordinat, puniendus: & qui male vtitur priuilegio, debet illud amittere.

CAP. *Honoratus*. Qui iniusto, & malo fine vult cogere aliquem ad ordines, est priuandus prius vsu pallij, mox communione sanguinis.

CAP. *Consuluit*. Si aliqui clerici nolunt ordinari, qui inferiores sunt, promoueantur, vt illi magis excitentur.

DISTINCTIO LXXV.

GRAT. Quo tempore fiat ordinatio Episcoporum. In quolibet die Dominico, hora tertia, & à ieiunijs aliorum in temporibus. 3

CAP. *Ordinationes*. Omnes Episcopi comprouinciales conuenientes agant scrutinium, ieiunium cũ precibus: & consecrandus manus super Euangelium Dei imponat, die Dominica hora tertia, & orantes vngant caput eius sacra vnctione more apost. & sic conseratur Spiritus sanctus. GLOS. Scrutinium, idest examen, *dist. 23*. Hora tertia non est de substantia, imo nec vnctio, quia si omittitur, suppletur. Chrisma est sacramentum, vt aqua. *Anaclet.*

CAP. *Quoniam*. Electus Episcopus non differat consecrari vltra tres menses; si secus, puniatur, & œconomus eiusdem ecclesiæ seruet integros reditus.

CAP. *Ordinationes*. Sacri ordines dentur tempore congruo solemniter, & coràm multis astantibus, & dentur doctis. GLOS. In maiori ecclesia minores vbi, & quando libuerit potest Episcopus conferre, & omnes minores simul, sic hoc habet consuetudo in Prouincia. *c. cum H. lator de eo, qui furtiue ordines accipit.*

CAP. *Quod à patribus*. In sacris ordinentur ieiuni, & in Sabbato; possunt tamen continuato ieiunio progredi vsque ad mane diei Dominici. GLOS. Non est in consuetudine. *Leo.*

CAP. *Quod die*. Idem, vt supra, & fit die Dominico, quod incipit à Vesperis Sabbati per Resurrectionem Christi.

CAP. *Quando*. CAP. *Ordinationes*. Ordinationes sacrorum fiant in quatuor temporibus ad sitientes, & in Sabbato sancto. Item prius ordinati præferuntur alijs.

DISTINCTIO LXXVI.

GRAT. Ieiunia quatuor Temporum quando celebranda, vnde inceperunt: inter Pascha, & Pascha non sunt ieiunia, nec genuflexiones. 4

CAP. *Ieiunium*. Prius tribus, modo quatuor anni temporibus ieiunandum, prout quater tempus in anno variatur. *Calestin.*

CAP. *Constituimus*. Quatuor in anno ieiunanda: prima hebdomada Martij, secunda Iunij, tertia Nouembris, quarta Decembris. sed aliter reformatum est, vt nunc fit.

CAP. *Ieiunio*. Statuit quo tempore seruanda ieiunia quatuor temporum. Vide CAP. *Statuimus*. Statuit ieiunia, vt nunc sunt. *Leo.*

CAP. *Igitur*. CAP. *Huius*. CAP. *Ieiunium*. Dat rationes, quare in his temporibus ieiunatur.

CAP. *Scire debet*. Inter Pascha, & Pascha non ieiunamus, quia Christus est

est nobiscum resuscitatus. CAP. *Nosse credo.* Vigilia Pentecostes, vt vigilia Resurrectionis est.

CAP. *Post Pascha.* Qui ex deuotione, vel regula vult, potest ieiunare à Pascha ad Pascham, exceptis Dominicis. CAP. *Vtinam.* Etiam in Dominicis potest quis ieiunare.

CAP. *Dilectionis.* Ordinandi sunt, vel in Sabbato sancto, vel expectandum ad ieiunium quatuor mensium, idest Iunij; secundum Hæbreos est Iulius.

DISTINCTIO LXXVII.

5 GRAT. Ordinandi in temporibus expectent interstitia, vel per gradus exercitati ascendant.

Caius. CAP. *Illud nos.* CAP. *In singulis.* Septennio vsque ad duodecimum annum accipiat tres minores, in xij. acolythatum, in xix. subdiaconatum: xxv. presbyteratum, tandem Episcopus. CAP. *Quicunque.* Idem varie.

CAP. *Subdiaconus.* Ordinatus ante ætatem, deponendus. GLOS. In honoribus ecclesiasticis debet esse annus completus. *c. cum in cunctis, de electi.* secus in ciuilibus.

CAP. *Placuit.* Diaconi & virgines sacrandæ sunt xxv. annorum.

CAP. *Episcopus.* Diaconus in xxv. anno, Presbyter, & Episcopus in xxx. & vxor fiat monialis.

CAP. *In veteri.* Idem. CAP. *Si quis.* Quæruntur requisita in regulari promouendo.

CAP. *Monachus.* Regularis etiam nouitius in vno anno potest ordinari in omnibus Ordinibus, quia deuotio supplet tempus, laicus vero longiori tempore, & maiori diligentia, etiam in penuria ecclesiæ. GLOS. Loquitur de dispensando in necessitate. Item bonitas supplet ætatem, vt tempus, sicut ingenium, studium. Item clericus testis præfertur laico, & minus examinatur.

DISTINCTIO LXXVIII.

6 GRAT. Ætas pro sacerdotio quænam sit.

CAP. *Si quis.* CAP. *Nemo.* Nullus etiam dignus fiat sacerdos, nisi in legitimo anno completo: subdiaconus, & diaconus xxv. annis: lector xviij. diaconissa xl.

CAP. *Quid est.* Manum cito imponere, est ordinare ante ætatem, examen, meritũ, experientiam: & communicare alienis peccatis, est ordinare indignũ.

CAP. *Presbyter.* Fiat in xxx. anno, quia Christus tunc fuit baptizatus, & prædicauit. GLOS. Ætatem probabit actor, vt qui petit ordinari, non reus.

CAP. *Si triginta.* Dispensantur in xxv. ex causa.

DISTINCTIO LXXIX.

7 GRAT. Papa eligendus à Cardinalibus. GLOS. Quid si duo essent electi, & successor eligendus prædecessori.

Nicolaus CAP. *Si quis.* Electus ad Papatum non de concordi, & canonica electione Card. nec inthronizatus, & religiosis Clericis, non Papa Apostolicus, sed Apostatiuus habeatur. GLOS. Electio Papæ, vt sit canonica, si electus à duabus

duabus partibus, non admittitur contra eum exceptio, nec de vitio eligentium, vel electi, quia non est iudex coram quo probetur: & si tertia pars vult probare esse simoniacam,non admittitur. *c.licet, de electione.* qui tamen sic eligunt, peccant, & electio talis est in vitio.

CAP. *Si quis Papa.* Qui viuente Papa præstat fauorem pro Pontificatu, deponatur, & excommunicetur. Item clericus, qui viuente Papa, & eo inconsulto subscribit, promittit, iurat, vel suffragium pollicetur, vel in priuatis conuenticulis de hoc deliberat, vel decernit, deponatur, & excommunicetur. Item qui reuelat ecclesiæ contrafacientes, & rationabiliter probat,si fuit particeps liberatur,& præmiatur. GLOS. Si non potest publicare, taceat, vel puniatur.

CAP. *Oportebat.* Non promoueatur ad Papatum nisi vnus ex Cardinalibus. GLOS. Dummodo inter eos quis idoneus reperiatur. 8

CAP. *Nullus.* Idem. CAP. *Si quis ex Episcopis.* CAP. *Si quis ex fac.* Qui contradicit electioni Cardinalium vel Papæ, vel inuadit Sedem Apostolicam, est excommunicatus cum fautoribus.

CAP. *Nullus Pontifice.* Viuente Papa, vel Episcopo loci, non loquantur, vel fiant partes nisi post tertium diem sepulturæ. *cap. bona, de elect.* GRAT. Quando à concertantibus partibus eliguntur duo, quis sit habendus Papa, quia laicus non est iudex ecclesiæ, nisi de mandato ecclesiæ,congregabit concil.

CAP. *Si duo* Si in discordia sint duo electi Papæ contra fas, de nouo eligatur tertius de communi consensu. GLOS. An sit contra fas,concilium iudicabit. GRAT. Prædicta intelliguntur,quando vterque est male electus, non quando vnus per apostasiam, & alter canonice, licet extra vrbem.

CAP. *Si quis pecunia.* Apostatice electus deijciatur,& eligatur alius canonice;si non potest in vrbe,saltē foris,cui obediant. GLOS. Quilibet ante electionem potest repelli à Papatu exceptione cuiuslibet criminis,vt simonia,sed post, non potest; sed Cardinales qui simoniace elegerint, possunt accusari. 9

CAP. *Si transitus.* Papa si moriens non eligit, eligat clerus ad plura vota, & eligens simoniace sit suspensus.An Papa possit sibi eligere successorem, videtur non.

CAP. *Eiectionem.* Cardinales possunt eligere, sed non eijcere Papam, quia hoc sibi Deus reseruauit.

DISTINCTIO LXXX. 10

GRAT. In quibus locis sunt ponendi Præsules.

CAP. *Vrbes.* Vbi erant primates gentilium, ibi Apostoli posuerunt primates Christianorum, ad quos Episcoporum negotia, & maiores causæ sunt reseruandæ post Sedem Apostolicam. GLOS. Primas,& Patriarcha est idem,sicut pignus, & hipotheca. CAP: *In illis.* Idem vt supra,& successiue de Archiepiscopis, Episcopis, Curatis. *Lucius.*

CAP. *Episcopi.* Episcopi non ponendi in modica ciuitate, ne vilescant, sed in magna,& honorabili,presbyteri vero in singulis plebibus. GLOS. Episcopus non sit solus,ne vilescat.

CAP. *Illud sanè.* Idem & clericus. CAP. *Non debere.* Idem,& presbyteri, & archidiaconi nil agant sine consensu Episcopi.

CAP. *Fraternitatem.* Sedes Episcopales non sint longo interuallo distun-cte, vt facile conueniant ad consecrationem Episcopi tres vel quatuor. GLOS. Longo interuallo quidam dicunt, xx. miliaribus, sed melius requiritur arbitrio iudicis: & si minus distant ciuitates inter se, in medijs interuallis debent erigi Episcopatus, habita consideratione situs, & qualitatis regionis, & difficultatis viarum.

DISTINCTIO LXXXI.

fol. 17. GRAT. Episcopum oportet esse sine crimine, immo & omnes eligendi. GLOS. Repetit prius dicta, vt aliqua omissa addat.

1 CAP. *Apostolus.* Non requiritur vt Episcopus, vel quilibet ordinandus sit sine peccato, sed sine crimine, vt homicidio, adulterio, fornicatione, fraude, &c. nam crimen est peccatum graue dignum accusatione.

CAP. *Nemo recte.* Admonitor, seu corrector aliorum debet esse sine crimine. CAP. *Tantis.* Ordinans criminosum deponitur, quia iudicatur similis illi, & sic vterque. GLOS. Pendente lite qui promouetur est deponendus. Item si accusator per annum tacet, electus promoueatur, & Episcopus post tres menses, vel arbitrio iudicis.

CAP. *Si qui sine.* Qui sine examinatione promoti, postea examinati fatentur sua peccata, vel si postquam confessi sunt peccata, promouentur, deponuntur.

CAP. *Quicunque.* Indigni, qui ex ignorantia, vel ex contemptu sunt ordinati, deponantur. GLOS. Etiam ex ignorantia iuris vel facti.

Eug. CAP. *Maximianus.* Sacerdos, qui illicite viuendo polluit ministerium, deponatur.

Innoc. CAP. *Sacerdos.* Episcopus prouideat depositis locum conuenientem vt agant pœnitentiam. CAP. *Dictum.* Et si non agunt pœnitentiam, retrudantur in monasterium, & excommunicentur.

CAP. *Vales.* Conuersos à crimine iuuat mutatio loci, vt mutetur affectus, & species mentis.

CAP. *Si quis.* Clericus conuictus, vel confessus adulter, depositus detrudatur in monasterium perpetuum. CAP. *Romanus.* Idem. CAP. *Presbyter.* CAP. *Si quis.* CAP. *Si diaconus.* Idem. CAP. *Si qui sunt.* Idem; & si non se corrigit, nullus eius officium audiat, ne sit inobediens, & vt ethnicus.

2 CAP. *Si quis amodo.* CAP. *Si quis sacerdotum.* CAP. *Eos etiam.* CAP. *Ministri.* Qui in sacris ad concubinas, vel vxores accedunt pertinaciter, careant officio, & beneficio.

CAP. *Clericus.* Solus cum fœmina non loquatur fabulas, nec Archidiaconus intret domos earum, vel quid per clericos mittat; si secus, deponatur, & illa ab ecclesia arceatur.

CAP. *Sed si forte.* Idem, nec habitet cum extranea, & caute cum consanguineis. CAP. *Si quispiam.* Et si est contumax, excommunicetur.

CAP. *Oportet.* Sacerdos, qui præsumit habitare cum suspectis fœminis, deponatur.

CAP. *Volumus.* CAP. *Legitur.* CAP. *In omnibus.* CAP. *Cum omnibus.* CAP. *Non oportet.* CAP. *Archidiaconum.* CAP. *Quidam.* CAP. *Fœminas.* CAP. *Clerici.* Clerici non habitent cum fœminis, idest suspectis, nisi cum paren-

parentibus nisi in primo gradu. GLOS. Hæc capita videntur correcta *c. 1. de cohabit. cler. & mulier.*

CAP. *Ad reatum.* Episcopi prouideant ne occasione temporalium viduæ, vel sanctimoniales familiariter agant cum clericis. CAP. *Viduæ.* Idem.

DISTINCTIO LXXXII.

GRAT. Pauperibus, qui laborare non possunt, Episcopus prouideat. GLOS. Robustis pauperibus non danda eleemosyna, ne negligant iustitiam, sed monendi. 3

CAP. *Episcopus.* Episcopus prout potest, prouideat de victu, & vestitu pauperibus, qui laborare non possunt.

CAP. *Proposuisti.* Probat clericos debere esse continentes, & si secus, deponantur secundum Epistolam Syricij. GLOS. Syricius primo cótinentiam indixit clericis: an Apostoli, dubium est.

CAP. *Plurimos.* CAP. *Quia.* CAP. *Presbyter.* Idē vt supra, & datur pœnitentia presbytero fornicatio, vel in crimine depositione digno decē annorū.

DISTINCTIO LXXXIII.

GRAT. Prelatus non solum non debet esse in crimine, sed nec consentire crimini aliorum. 4

CAP. *Si quis.* Prælatus, qui pretio, vel precibus permittit fornicationem, vel incestum clericis, vel tales criminosos non impugnat, ab officio suspendatur. GLOS. Et à beneficio.

CAP. *Nemo.* Crimen habentis nomen sanctitatis maxime offendit ecclesiam; & Episcopus, qui hunc non corrigit, est canis impudicus.

CAP. *Error.* Qui non resistit approbat errorem, & fouet, ac videtur socius, & veritas indefensa opprimitur.

CAP. *Quid enim.* Non iuuat non pollui errore, si consenserint erranti.

CAP. *Consentire.* Qui non occurrit, consentit errori.

CAP. *Nihil de illo est.* Qui vult laudari à lupis, vel eis placere, nocet ouibus, & mens terrena non predicat, & negligentia est nouerca eruditionis. GRAT. Licet sacerdotes sint mali, tamen eorum prædicatio non contemnenda, quia ex Hieronymo, lixiuium transiens per cineres purgat pannos.

DISTINCTIO LXXXIV. 5

GRAT. Episcopus sit solicitus defendere pauperes, releuare oppressos, tueri Monasteria; si secus, corripiatur.

CAP. *Peruenit.* Episcopus negligens in officio suo, nec suscipiens consilia aliorum, est prius coram alijs corripiendus, & mox Romam vocandus.

CAP. *Nunciatum.* Idem. CAP. *Cum in preterito.* Omnes, qui sunt in sacris, seruent castitatem. CAP. *Cum de quorundam.* Idem.

CAP. *Quisquis.* Clericus vxoratus cum vidua, vel secunda, careat priuilegio clericatus, & habeat tantum laicam communionem.

CAP. *Porrò.* Presbyteri dicuntur seniores, non propter canitiem, sed propter sapientiam.

6 DISTINCTIO LXXXV.

GRAT. Qui sunt alieni ab hospitalitate, non ordinentur Episcopi. CAP. *Archidiaconum.* Non est creandus Episcopus, qui ex auaritia non est hospitalis, vel si ex senectute non potest regere, vel si iurauit non fore Episcopum, vel illiteratus.

DISTINCTIO LXXXVI.

GRAT. Episcopus sit doctor, ne inferiorum culpa illi imputetur, qui nescit, vel negligit. GLOS. Doctrina Episcopi consistit in corrigendo cum lenitate, & in prædicando.

CAP. *Inferiorum culpa.* Peccat superior non corrigendo subditos,& nutrit pestilentiam. CAP. *Odio.* Tumidi corripiendi à medico, infirmi tolerandi.

CAP. *Facientis.* Non corrigens peccat, & est puniendus alieno peccato. CAP. *Quando.* corrigens si modum excedit, non petat veniam à subdito, ne contemnatur, sed à domino. GRAT. Episcopus in sua doctrina vitet scripturas, & res profanas de Ioue, &c.

CAP. *Cum multa.* Episcopus grammaticam non doceat, & nefandum est etiam sæcularibus canere Christum cum Ioue. GLOS. Non laudatur in Ecclesia fabulas poetarum moraliter exponere.

CAP. *Fratrem.* Episcopus habeat largam manum in prouidendis pauperibus, nec sufficit in cubiculo legere, & orare, alioquin in vanum est Episcopus. GRAT. In dando sit modus rerum, idest non omnia vni, sed singulis, & personarum, vt prius iustis, mox peccatoribus. GLOS. In summa necessitate intuitu naturæ.

7 CAP. *Donare.* CAP. *Qui venatoribus.* CAP. *Vident.* CAP. *Esau.* CAP. *Quid prodest.* CAP. *Amputatis.* Qui dat histrionibus, vel venatoribus, vt talibus, peccat.

CAP. *Non satis est.* In liberalitate spectanda fides, causa, locus, tempus, modus, proximitas, debilitas, nobilitas, & auaritia est peccatum.

CAP. *Dominus.* Opes non effundendæ, sed dispensandæ, nisi renuntientur propter perfectionem Euangelicam. CAP. *Est probanda.* Idem: dandæ suis egentibus, non vt ditentur.

CAP. *Consideranda.* Plus dandum senibus, infirmis, ex diuite facto pauperi, maxime si non vitio suo, nobili verecundo.

CAP. *Pulchra.* Necessaria pauperibus, & ornatui ecclesiæ danda, non superflua. CAP. *In singulis.* CAP. *Cæterum.* CAP. *Pasce.* CAP. *Qui clementiam.* Idem, prius pascat parentes, & famelicum si non pauisti occidisti, nec legem Christi adimples. GRAT. Non percussorem, idest non sit facilis ad vindictam, sed cum discretione puniat subditos.

8 CAP. *Si quid vero.* Episcopus, vt iudex non credat facile quæ referuntur, nec cũ res est incognita accedat ad vindictam, sed re pensata canonice puniat.

CAP. *Tanta.* Greg. parcit simplicitati, & senectuti Episcopi, qui ita vastauit messem, sed excommunicat per duos menses consiliarios.

CAP. *Non liceat.* Non licet Episcopo cædere aliquem manibus suis, imo nec sacerdoti. GRAT. Episcopus non sit cupidus lucri turpis, nec victũ, vel necessaria quærat negotio inhonesto. quod intelligitur de omnibus clericis.

CAP.

CAP. *Peruenit*. Episcopi, monachi, clerici non conducant possessiones, nec se misceant secularibus procurationibus, nisi pro miserabilibus, & ecclesijs. GLOS. Monachi possunt terras ad firmam habere, si sua non sufficiunt, vel cum ipsimet excolunt non vt lucrentur, sed vt viuant. *c. dilecti, de decimis.* 9

DISTINCTIO LXXXVII.

GRAT. Episcopi debent iuuare orfanos, & viduas, & defendere ab improbis.

CAP. *Licet*. CAP. *Defensionis*. CAP. *Quisquis*. CAP. *Diuinæ*. CAP. *Irreligiosum*. Episcopi debent iuuare, & defendere recurrentes ad se, vt viduas, orfanos. 10

CAP. *Eos, qui*. Fugientes ad ecclesiam non trudantur, sed defendantur, & qui pro eis accipit mancipia ecclesiæ, excommunicetur. Idem qui manumissos in ecclesia seruos facit, vel colonos.

CAP. *Libertos*. Ecclesia debet liberos defendere, qui se ei commendarunt.

CAP. *Liberti*. Manumissi, qui se commendant ecclesiæ, protegantur.

CAP. *Si expositus*. Puer expositus in publico post decem dies non potest repeti, & repetens post decem dies, vt homicida puniatur. GLOS. Si fuit expositus à patre, vel ipso sciente, quia habetur pro derelicto, secus, si ab ignorante. Item decem dies currunt à die scientiæ.

DISTINCTIO LXXXVIII.

GRAT. Clericis prohibentur negotia causa cupiditatis, & lucri, & non pietatis pro viduis, & orfanis. fol. 18.

CAP. *Decreuit*. Clerici non se misceant negotijs secularibus, nec conducant possessiones, nisi imponat Episcopus pro ecclesiæ viduis, orfanis, pupillis. 1

CAP. *Consequens*. Idem, & si non abstinent, deponantur. CAP. *Episcopus*. Idem. CAP. *Perlatum*. Idem. CAP. *Episcopus*. CAP. *Inutile*. CAP. *Negotiatorem*. CAP. *Fornicari*. Idem, & Episcopus non curet res familiares etiam pias per se, sed per alios, nec ratiocinia.

CAP. *Eijciens*. Negotiator est qui comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatam vendat cum lucro, secus non. Item differt vsura à locatione.

CAP. *Quoniam*. CAP. *Quid est*. Negotiatio simpliciter damnatur, & quæ, id est cum mendacio, & fraude.

CAP. *Neque apud*. Qui moriens in testamento nominauit pro tutore presbyteratum, pro eo non fiunt preces.

DISTINCTIO LXXXIX.

GRAT. Episcopum oportet domui suæ bene esse præpositum, & in ecclesia, nulli licet exercitatæ personæ duo officia committat, nec seculares regant res Ecclesiæ. 2

CAP. *Singula*. Vni licet exercitatæ personæ non dentur duo officia ecclesiastica, ne vnum membrum faciat officium alterium. GLOS. Nisi causa necessitatis, vel vtilitatis.

CAP. *Volumus*. Episcopus habeat vicedominum, vel œconomum, qui cu-

ret res episcopales,& hospites:& si Episcopus non prouidet,clerus prouideat.

CAP. *Diaconum*. Vicedominus est qui curat Episcopum. GLOS. Idest res episcopatus,sicut œconomus res canonicorum. CAP. *Quia*. Episcopus habeat œconomum.

CAP. *Indicatum*. Res temporales ecclesiæ committantur clericis, non laicis; & laici, si quid ecclesiæ acceperunt, puniantur. GLOS. Ratione delicti, vel œconomiæ.

CAP. *Decenter*. Ecclesiæ bona non dentur administranda consanguineis, nec fauore coniunctis, si secus sint irrita, reddant duplum, & excommunicatus sit biennio. GLOS. Si malis dentur.

CAP. *Ad hoc*. Diuersitas graduum,& ordinum in ecclesia conseruat vnitatem, & gubernationem, vt in cœlo Angeli, Archangeli.

DISTINCTIO XC.

3 GRAT. Episcopus non sit litigiosus,quia debet alios litigantes ad concordiam reducere.

CAP. *Discordantes*. Episcopus concordet clericos discordes,& si nolunt, Synodus eos damnet.

CAP. *Oblationes*. Oblationes diffidentium, vel dona opprimentium fratres non admittantur in ecclesia. CAP. *Neque cum*. Qui non habent pacem cum fratribus, sint extra ecclesiam.

CAP. *Alienus*. Murmurator, & eius opus sint extra vnitatem populi,& agat pœnitentiam, ne pereat.

CAP. *Si quis Monachus*. Contentiosus, vel rixas amans, vel conuiciator, vel murmurator, pœniteat diu arbitrio superioris.

CAP. *Diffidentes*. Episcopos Synodus conciliet. CAP. *Studendum*. Episcopi ad pacem magis, quàm ad iudicium coerceant diuidentes.

4 CAP. *Eorum*. Sacerdos non recipiat dona opprimentium pauperes.

CAP. *Placuit*. Discordantes si nolunt venire ad pacem excõmunicentur.

CAP. *Si quis*. Contristatus, qui non vult accipere satisfactionem, maceretur acerrimis inedijs.

CAP. *Præcipimus*. Episcopi teneant mutuam pacem consilio, & auxilio, relicto respectu humano, si secus deponantur.

CAP. *Perlatum*. Idem, sin minus excommunicetur.

DISTINCTIO XCI.

GRAT. Clerici non quærant victum turpi lucro, vel inhonesto negotio, sed vel decimis, vel honesto artificio, vt agricultura,& si non sunt infirmi, non desint ab officio.

5 CAP. *Eleutherius*. Clerici, qui vacando suis negotijs non intersunt officijs diuinis, præsertim nocturnis, corrigantur.

CAP. *Presbyter*. Clericus vacet horis canonicis, visitet infirmos,& mox ieiunus eat ad rus.

CAP. *Clericus*. Post officium suum potest sibi quærere victum,& vestitum artificio, vel agricultura, & si non intendit horis, excommunicetur.

CAP. *Clericus,quantumlibet*. Idem. CAP. *Clerici*. Idem: & si vagantur in foro,

foro, vel nundinis, deponantur. GLOS. Qui accipit ecclesiam pauperem tenetur dicere officium, & sibi imputetur. idem, si deinde sit pauper.

DISTINCTIO XCII.

GRAT. In ecclesia corde magis quàm voce cantandum. 6
CAP. *Cantantes*. In ecclesia non voce, sed corde canendum Deo, nec theatrales moduli audiantur, sed in timore, opera, scientia Scripturarum.

CAP. *In sancta*. Diaconi ministrent altari, legant Euangelium, dent eleemosynas, non cantent psalmos, & lectiones sub excommunicatione.

CAP. *Non liceat*. In pulpito non psallat, neque legat, nisi qui ab Episcopo sit lector ordinatus. CAP. *Si quis* Episcopus in aliena diœcesi non ministret, nisi vt sacerdos.

CAP. *Si quis Episcopus*. Idem. CAP. *Si qui Episcopi*. Idem. CAP. *Si quis Episcopus*. Episcopus, qui non vult ire ad suam ecclesiam, excommunicetur.

CAP. *Si quis Episcopus vacans*. Episcopus non habens ecclesiam, si in aliqua vacante se ingerit sine consilio Metropolitani, deijciatur.

CAP. *Si quis presbyter*. Clericus si admonitus ab Episcopo non intersit horis canonicis, excommunicetur, & deponatur. GLOS. Matutina officia sunt vsque ad Nonam exclusiue à Nona Vespertina.

DISTINCTIO XCIII.

GRAT. De obedientia erga Prælatos, & præsertim Papam. 7
CAP. *Si inimicus*. Christiani debent esse inimici illorum, quorum Papa est inimicus, nec eos alloqui: si secus, sunt peiores inimicis ecclesiæ.

CAP. *Miratus*. Quem Ecclesia Romana repellit, christiani debent repellere. CAP. *Qui cathedram*. Non est in ecclesia qui cathedram Petri deserit.

CAP. *Iuxta*. Episcopi vicini visitent per se singulis annis limina Apostolorum, longinqui iuxta chyrographum; si secus, sub sententijs canonicis sint.

CAP. *A subdiacono*. Inferiores obediant maioribus in ordine. Vide ibi.

CAP. *Diaconi*. Diaconi, vt oculi Episcopi debent omnia lustrare, & deferre Episcopo corrigenda, vel pericula, vel peregrinos, vel cultum, & similia.

CAP. *Sacerdotes*. Sacerdotes honorandi, quia sunt sal terræ, & lux mundi.

CAP. *Nulla ratione*. CAP. *Qui suis*. CAP. *Ille*. Clerici, qui Episcopo non subsunt, vel non obediunt, sunt acephali, nec habendi clerici, & in Deum scandalizantur.

CAP. *Diaconi*. In vnaquaque ecclesia sint septem diaconi, qui Episcopum custodiant ne lædatur, & ne prædicatio polluatur. CAP. *Diaconi*. Idem, idest sint septem. 8

CAP. *Diaconos*. Diaconi sunt sub presbyteris, & non baptizent, nec ministrent corpus Christi, nisi absente sacerdote, & in necessitate. GLOS. Et nisi de licentia presbyteri in necessitate.

CAP. *Peruenit*. Idem, & diaconi communicent post presbyteros, nec sedeant in medio presbyterorum. GLOS. In hoc seruanda consuetudo.

CAP. *Non oportet*. CAP. *Præsente*. CAP. *Diaconi*, & *Diaconus*. CAP. *Nonnulli*. Idem, nec sedeant coràm presbytero, nisi iubente, vel loquatur; Alba vtatur in lectione, & oblatione.

D 4 CAP.

CAP. *Peruenit*. Diaconi non vtantur sandalibus, vel caligis episcopalibus; si secus, puniantur. CAP. *Illud*. Clerici non vtantur manipulis, idest mithris. GLOS. Aliqua non præscribuntur.

CAP. *Diaconi*. Commendantur diaconi, & describuntur eorum officia: & sine diacono Episcopus non ministret, nec dispenset. reprehenditur auaritia Episcoporum.

CAP. *Legimus*. Declaratur diaconus esse sub presbytero, & inter presbyteros est Episcopus: reprehenduntur abusus consuetudo Romana est vbique seruanda.

CAP. *Dominus*. Si Christus honorauit sacerdotes etiam malos, ergo & diaconi debent honorare sacerdotes, & nos diaconos.

CAP. *Præcipimus*. Diaconi non sedeant ante sacerdotes, nisi sint legi Patriarchæ, vel Metropolitani; & si quis aliter præsumit, sit vltimus omnium in suo ordine.

DISTINCTIO XCIV.

9 GRAT. Sicut Patriarcha potest committere suas vices diacono, sic Papa subdiacono, & facere eum delegatum.

CAP. *Vide*. Papa potest constituere subdiaconum Legatum, sicut Greg. constituit Petrum subdiaconum Legatum Siciliæ.

CAP. *Si quis autem*. Qui impedit Legatum Papæ est excommunicatus, donec satisfaciat.

CAP. *Dictu*. Archidiaconi faciant quod eis Episcopus imponit, & non dominentur presbyteris, nec ab eis censum exigant. GLOS. Ex consuetudine Archidiaconus, potest mulctare in pecunijs.

DISTINCTIO XCV.

10 GRAT. Sacerdotes præsentibus Episcopis possunt celebrare, non tamen possunt chrismare, licet aliquando factum fuerit.

CAP. *Peruenit*. Non chrismet baptizatos sacerdos, sed si contristentur populi, & desit Episcopus, conceditur sacerdoti. GLOS. Sacerdos chrismans nihil facit. *c. quando, de consec.* An de mandato Papæ possit, est dubium. Aliqui dicunt, quod sacerdos de mandato Papæ potest conferre omnia sacramenta, quæ accepit, & sic Diaconus de mandato Papæ potest chrismare, & dare diaconatum, sed non presbyteratum, nec consecrare alienigenam. Item Episcopus ea, quæ sunt ordinis, potest demandare tantum Episcopis, & quæ sunt iurisdictionis quædam, quæ non possunt exercere, nisi adminiculo ordinis ordinatis, alia laicis.

CAP. *Presbyteros*. Presbyter non faciat, quæ pertinent ad Episcopum, idest non conficiat chrisma, nec vtatur Pontificali formali. GRAT. Dictum Greg. idest quod presbyter possit chrismare, intelligit ad tollendum scandalum, & ex indulgentia, vel absente Episcopo, & in necessitate. Dictum Leonis est de iure communi. Item Presbyter potest vngere infirmos oleo sanctificato, sed quæritur an Episcopus possit vngere infirmos, & an possit impœnitentes. GLOS. Deficiente oleo benedicto potest admisceri non benedictum. *c. quod in dubijs, de consecr. eccles.* Item hoc delet veniale, roborat, virtutes sanat.

CAP.

CAP. *Illud.* Episcopus potest vngere infirmos, præsertim, quia facit chrisma. Item impœnitentibus non est danda vnctio, sicut nec alia sacramenta. fol. 19.

CAP. *Presbyteri.* Presbyteri rectores ecclesiarum non ab alijs, sed à proprio Diœcesano, omni anno ante Pascha potest chrisma per se, vel per eum, qui tenet sacrarium, non per clericum minorem. GLOS. Abbas si petit oleum ab alio, quàm à diœcesano, peccat, nisi ex speciali priuilegio. 1

CAP. *Olim.* Olim idem erat Episcopus, & presbyter; deinde ex consuetudine Episcopus est superior, & presbyteri inferiores ad tollendum schisma in baptismo.

CAP. *Ecce ego.* Presbyteri coràm Episcopo possunt ministrare sacramenta, & docere, & exercere sua officia, & Episcopi dicuntur sacerdotes, & docet eos humilitatem. GLOS. Presbyter, qui facit sacrum coràm Episcopo non debet benedicere Episcopum, sed debet innuere Episcopo, vt ipse benedicat in Missa solemni: & si Episcopus non vult benedicere, presbyter benedicat suo iure, quia ex eo, quod Episcopus dat potestatem benedicendi, subdit se illi tanquam subditum. Vel dicendum quod eo ipso, quod dat licentiam celebrandi, dat licentiam faciendi ea, quæ in Missa fieri solent.

CAP. *Esto subiectus.* Episcopi honorent clericos, & clerici Episcopos ad inuicem: & circa hæc multa. 2

CAP. *Non oportet.* Clerici, & presbyteri non ingrediantur, nec sedeant in tribunalibus ante ingressum Episcopi, nisi ægroto, vel absente Episcopo.

CAP. *Episcopus in quolibet.* Episcopus in quolibet loco sedens, non patiatur stare sacerdotem.

CAP. *Episcopus.* In ecclesia, & in consessu presbyterorum Episcopus sedeat sublimior, sed domi cognoscat se esse collegam presbyterorum. GLOS. Ita vt non contemnatur.

CAP. *Presbyter.* Presbyter præsente Episcopo non signat infantes, nisi de præcepto Episcopi. GLOS. in vertice, quia in fronte non potest. *c. presbyteri. de consf. dist. 4.*

CAP. *Presbyteri.* Presbyteri rurales in ecclesia ciuitatis præsente Episcopo, vel presbyteri vrbis non possunt offerre, nec calicem porrigere, vel panem sacrificum.

DISTINCTIO XCVI.

GRAT. Laici nihil possunt constituere de rebus Pontificis, vel de electione Papæ, & sic constitutio Honorij, *dist. 79.* non valet, si non probatur à Papa. 3

CAP. *Bene quidem.* Laici Principes non possunt facere constitutiones circa electionem Papæ, vel res ecclesiæ non alienandas, &c. Hinc damnatur constitutio Basilij Imperatoris.

CAP. *Nos ad fidem.* Imperatores intersunt Concilijs ad fidem confirmandam, non ad potentiam exercendã, vt inuenta veritate populus nõ discordet.

CAP. *Quædam capitula.* Decreta ecclesiastica sunt confirmanda à Synodo Patrum, non à laicis.

CAP. *Vbi nam legistis.* Imperatores non debent interesse synodalibus conuentibus, nisi quando tractatur de fide vniuersali.

CAP. *Denique.* Laici, qui præsunt rebus humanis, non præsumant iudicare

care de personis ecclesijs, qui præsunt rebus diuinis.

CAP. *Cum ad verum*. Christus præcepit, vt Rex terrenis tantum præsideret, Pontifex æterna dispensaret, sed hic in temporalibus adiuuetur legibus illius, ille ab hoc in spiritualibus.

CAP. *Satis euidenter*. Pontifex non potest ligari, nec solui à potestate laica, & hoc probat exemplis.

CAP. *In scripturis*. Facta Pontificum Imperator non debet iudicare, sed vt Constantinus sua chlamyde peccantem sacerdotem cooperiat.

CAP. *Quis dubitet*. Sacerdotes sunt patres, & magistri Regum, & Principum, ideo non debent eos subijcere suæ potestati, à quibus ligari, & solui possunt in cælo.

CAP. *Duo sunt*. Potestas Regum est inferior potestate sacerdotum, sicut plumbum auro, à quibus excommunicantur.

5 CAP. *Si Imperator*. Imperator est filius nō Præsul Ecclesiæ, debet discescere, non docere, non vsurpet ius ecclesiasticum, subdat suas executiones præsulibus, non præferat, non iudicet clericos. GLOS Ante omnes constitutiones numquam clerici fuerunt sub iudice laico. Item Papa transtulit Imperium à Græcis in Occidentem, licet Imperium sit à Deo.

CAP. *Numquam*. De clericis sola ecclesia iudicat, non humana lex: Princeps secularis obedit, non præcipit, ecclesiasticis subdit caput, non iudicat de cap. Episcopi.

CAP. *Constantinus*. Imperator concedit Potifici ornamenta imperialia, Romam, & Italiam, & alias possessiones pro luminaribus.

CAP. *Sicut quamuis*. Secularis potestas non iudicat de clericis, nisi sint hæretici. GLOS. Laici super clericos, quando possunt. *c. principes, 23.q.5.*

CAP. *Boni Principis*. Boni Principis est dirutas ecclesias restaurare, nouas ædificare, honorare, non persequi, vel molestare sacerdotes.

DISTINCTIO XCVII.

6 GRAT. Laici circa res ecclesiasticas nihil possunt, & si quid circa eas constituunt, est irritum, nisi inuitati precibus ecclesiæ constituant.

CAP. *Ecclesiæ meæ*. Bonifacius rogat Honorium, vt se sua imperiali potestate pacem ecclesiæ, & consilij seruet.

CAP. *Victor Honorius*. Honorius Imperator rescribit Bonifacio se prouidisse ne ambiant Papatum, & monet, vt decretum publicet clericis.

CAP. *Nobilissimus vir*. Ecclesia Romana non solet recipere legationem sine signatis apicibus, idest litteris sigillatis, tamen probo Legato credit in honorem mittentis. GLOS. Legato non creditur sine literis legationis, & si amisit, probet eas non habuisse vitium; nec sufficit probare mandatum. Item si literæ sint signatæ à quocunque, vel alieno sigillo, sufficit si non habet proprium, nec sufficit si non possunt legi characteres. Item si filum est fractum, non sunt signatæ; si non est in totum fractum, sunt signatæ. Item in aliena prouincia Cardinali sine literis est credendum. Item assertioni vnius credendum est, si persona sit honesta, & authentica.

DISTINCTIO XCVIII.

GRAT. Peregrini, nisi sanctis chirographis suorum Episcoporum sint commendati, non ordinentur. 7

CAP. *Nullus*. Nullus ordinet transmarinum hominem, nisi sit signatus saltem quinque chirographis Episcoporum, nec suscipiat in sua diœcesi. GLOS. Hæc capita sunt abrogata. CAP. *Transmarinos*. CAP. *Afros*. Idem quod supra, sed sunt abrogata.

CAP. *Omnes*. Baptizati in peregrinatione non sunt in alienis prouincijs promouendi.

DISTINCTIO XCIX.

GRAT. Primas, & Patriarcha sunt idem, ad quem ab Archiepiscopis appellatur, sed non contra, cui Archiepiscopi obediunt in omnibus iuste imperatis. 8

CAP. *Prouinciæ*. In capitibus prouinciarum, ubi erant primores gentilium, nunc sunt positi Patriarchæ, ad quos confugiunt oppressi, & appellant ab Archiepiscopis: in Metropolitanis ciuitatibus ponuntur Archiepiscopi, qui obediant Patriarchis.

CAP. *Nulli Archiepiscopi*. Non vocentur Primates, nisi qui primas ciuitates tenent, & sint constituti à Sede Apostolica, reliqui sint Metropolitani. GLOS. Multitudo populi excreuit, non est erigenda ecclesia in parochia, nisi prius requisito consensu parochi, si locus est alicuius episcopatus.

CAP. *Primæ*. Primæ sedis Episcopus vocetur Patriarcha, non Princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. 9

CAP. *Nullus*. Nullus vocetur, vel scribatur ab alijs vniuersalis Patriarcha, quia derogaret alijs.

CAP. *Ecce in*. Papa non vult in epistolis vocari vniuersalis, ne alijs videantur nō esse Episcopi, sed vult vt suus honor, sit honor ecclesiæ, & fratrū.

DISTINCTIO C.

GRAT. Ante acceptum pallium non potest primas ordinare Episcopos. GLOS. Et intra tres menses à consecratione petat pallium, quo non vtatur nisi in celebratione Missæ. 10

CAP. *Quoniam*. Archiepiscopus, qui vltra tres menses à consecratione à Sede Apostolica non petit pallium, nec fidem exponit, careat dignitate commissa; & post tertiam admonitionem, alij Metropolitani cum consilio Papæ, ordinent Episcopos. Item Episcopus si vltra tres menses non consecratur, priuetur communione, & si vltra quinque menses ex sua negligentia, nec ibi, nec alibi consecretur, sed cedat. GLOS. Electus consecratus ante pallium non potest exercere iura episcopalia. Item hodie hæc facit Papa per Decretalem *Dilectus*. fol. 20.

CAP. *Prisca*. Ex antiqua consuetudine pallium non datur alicui, nisi ex gentibus meritis, & fortiter postulanti. 1

CAP. *Nouit*. Neque pallium, neque alius ordo danda sunt propter aliquod commodum, vel gratiam, aut supplicationem aliorum. GLOS. Esset

enim

enim simonia. GRAT. Qui postulat pallium, habeat merita, & promittat
2 iurando seruare Apostolica decreta, & canones,& non vtatur pallio,nisi certis diebus, & intra ecclesiam, intra solemnia Missarum.

CAP. *Optatum*. Petenti pallium non conceditur, qui in pagina fidei non meminit de fide synodorum vniuersalium, & Pontificum Romanorum decretis; nec eam subscripsit, nec per nuntium misit, qui illam iureiurando firmaret. GLOS. Quæ debet iurare Archiepiscopus, vide *c. ego, de iureiurando. c. significasti, de elect.*

CAP. *In ea Synodo*. Qui petit pallium promittat prius renuntiare omnia illicita.

CAP. *Pallium tibi*. Pallio debent vti ad sola solemnia Missarum.

3 CAP. *Non multum*. Episcopus quæ contra ipsum Papæ denuntiantur, debet corrigere cum gratiarum actione, & non irasci.

CAP. *Contra morem*. Qui extra Missarum solemnia vtitur pallio, aut debet se confirmare consuetudini generali, vel ostendere priuilegium. GLOS. Quando priuilegium, quod ostenditur est exemplatum, vel facit mentionem alterius priuilegij, si coram iudice est publicatum,sufficit: si tamen aduersarius dicit se velle probare illud prius esse falsum, tenetur illud prius exhibere, nisi iuret se illud perdidisse. Vide extrau. *de fide instrument. cap. vlt.*

CAP. *Rationis*. Cum vsu pallij debent etiam aliqua priuilegia concedi, & crescente honore, crescat sollicitudo, & exemplum sit instructio.

CAP. *Pallium*. Concedit pallium, & innouat antiqua priuilegia.

CAP. *Scriptorum*. Pallium, & omnia priuilegia concedit, quæ prædecessores concesserunt prædecessoribus.

DISTINCTIO CI.

4 GRAT. In vna prouincia non debent esse duo Metropolitani. GLOS. Nisi multitudo populi excrescat.

CAP. *Peruenit*. Non debent esse duo Metropolitani in vna prouincia, etiam si auctoritate Imperatoris prouincia diuidatur in duas; & qui contra attentauerit, deponatur. GLOS. Legitimatus à Principe non est legitimus quoad ecclesiam, & sic quod ad vnum forum,non ad aliud. GRAT. Hactenus de electione, & ordinatione clericorum, nunc de simonia in ordinatione per causas.

Finis Primæ Partis.

SECVN-

SECVNDA PARS DECRETI

Continet caufas xxxvj. tum criminales, tum ciuiles; & Diftinctiones feptem de Pœnitentia.

Caufa Prima de Simonia habet Quæft. feptem. fol. 21.



LOS. Poftquam egit in dift. de Promotoribus, & officijs clericorum, defcendit ad negotia, quorũ quædam funt criminalia in tribus caufis, quædam ciuilia in reliquis. Inter crimina maximum eft fimonia, quæ eft ftudiofa cupiditas emendi, vel vendendi aliquid fpirituali annexum, vt ius patronatus, fed fructus vendi poffunt. *c. finali*, ne Prælati, &c. 1
Item contrahitur à manu, ab obfequio, & à lingua, vel ex parte dantis, vel accipientis, vel vtriufque, vel neutra.
Item contra fimoniam admittitur quilibet, vt in crimine læfæ Maieftatis, fed contra clericum non admittitur laicus, nifi bonæ famæ.
Item pœna fimoniaci eft excommunicatio, vel detrufio in monafterium, vel fpoliatio bonorum, vel depofitio cum reftitutione acceptorum.
Item quando difpenfatur cum his, vt habeant laicam communionem, vel miniftrent in minoribus, vel remaneant in acceptis: fed quis difpenfat, quæft. quinta, cap. finali.

QVÆSTIO PRIMA.

AN fit peccatum emere fpiritualia. Refp. fic, & probat auctoritate. 2
GLOS. Simonia fpiritualis, vel vfura fpiritualis eft licita.
CAP. *Gratia*. Simoniace ordinati ficut non recipiunt gratiam, ita ordinando alios, nec gratiam conferunt, licet conferant characterem.
CAP. *Quicumque*. Idem. CAP. *Presbyter*. Qui pecunia obtinet ecclefiam, illa priuetur, & deponatur, eft enim hærefis fimoniaca. GLOS. Si eft conuictus per modum accufationis, fecus fi per modum exceptionis. *c. fuper de accufat*. Item fi conuincitur per modum inquifitionis, priuatur beneficio, & non ordine. *c. dilectus, de fimonia*. Item perdit illa, fi eo fciente fuit data pecunia, fecus fi in fraudem ipfius. *c. ficut c. nobis. c. inquifitionis, de fimonia*.
CAP. *Benedictio*. Qui ordinatur fimoniace, fit hæreticus, & eft maledictus.
CAP. *Quifquis*. Idem, & qui contra talem non inuehitur, punietur.
CAP. *Quos*. Conuictus de fimonia deponi debet, & tàm dans, quàm accipiens funt fimoniaci. 3
CAP. *Reperiuntur*. Simoniacus emptor, vel venditor eft excommunicatus,

tus; & si per accusationem est depositus, detrudatur in monasterium, & si est laicus excommunicetur. GLOS. Clericus simoniacus emens ordinem, est suspensus quoad se, & quoad alios etiam occultus.

CAP. *Si quis Episcopus*. Episcopus simoniace ordinans, vel dispensatorem, vel defensorem creans, si conuicitur deponatur, & ordinatus sit alienus à dignitate. Mediator simoniæ si est clericus deponatur, si laicus excommunicetur; idem si monachus.

CAP. *Qui per*. Ordinans, vel ordinatus simoniace, est depositus. CAP. *Sanctorum*. Idem. CAP. *Qui studet*. Idem.

4 CAP. *Quicumque*. Simoniaci promoueri non possunt. CAP. *Cum liqueat.* CAP. *Cum ordinaretur*. CAP. *Gratiam*. CAP. *Cito*. Idem recipiunt.

CAP. *Qui perfectionem*. Simoniacus, qui non habet spiritum, sed damnationē, hanc dat, quia nemo dat quod non habet. GLOS. Conferat ordines.

CAP. *Ventum est*. Idem, sicut reuertens ab hæreticis est irregularis. GRAT. Simoniaci non sunt hæretici, ergo. Resp. subijciuntur perditioni infidelitatis.

CAP. *Petrus Simoni*. Simon Magus damnatur, quia conscientiam puram in fide non habebat. CAP. *Cum omnis*. Simoniacus est infidelis, quia auaritia est idolorum seruitus.

CAP. *Eos, qui*. Simoniacus est peior hæreticis, quia vendit Spiritum sanctum tanquam suum seruum. CAP. *Multipliciter*. Idem, imò & peior Iuda.

CAP. *Placuit*. Qui pro ordinatione aliquid dant, vel accipiunt, sunt excommunicati. GRAT. An propheta pro prophetia possit aliquid accipere.

5 CAP. *Iudices*. Mali prophetæ accipiebant munera, & nō boni, & D. Hieronymus defendit Samuelem, & Eliseum.

CAP. *Nunquam*. Accipientium pecuniam prophetia facta est diuinatio, & diuinatio nunquam accipitur in bonam partem in Scriptura.

CAP. *Principatus*. Prælati, qui male dignitatem acquisiuerunt, malos exitus solent habere, quia ceperunt malo principio.

CAP. *Cum Paulus*. Ædificium non bene construitur, vbi fundamentum non est Christus. CAP. *Non est*. Ex illicitis in simonia non prodest facta eleemosyna, imò nocet.

CAP. *Fertur*. Reprehendit Reges Galliæ ob Episcopos simoniacos, & quod simoniacus non prodest, imò nocebit populo.

CAP. *Sicut eunuchus*. Ignis Spiritus sancti non lucet in sacramentis simoniacis, idest gratia carent, licet sint vera quantum ad formam.

CAP. *Si iustus*. Siue bonus, siue malus, & hæreticus sit minister, sacramenta conferunt gratiam dispositis. CAP. *Ex Catholico*. CAP. *Sic autem*. CAP. *Nec foris*. CAP. *Sacramenta*. CAP. *Sicut*. CAP. *Neque*. CAP. *Nonne*. CAP. *Multi*. CAP. *Remissionem*. Idem, etiam si hæreticus ministret sacramenta in forma ecclesiæ. GRAT. Sed sic ordinati non ministrent.

CAP. *Si qui clerici*. Ordinatus ab Episcopo non canonice electo, tamen tolerato, cum consensu Ordinarij sui, ministret in propria ecclesia ex dispensatione, non alibi.

6 CAP. *Quod pro*. Statuta pro necessitate cessant cessante necessitate.

CAP. *Si quis*. Hæreticus conuersus non promoueatur, sed sit in ordine suo dispensatiue.

CAP. *Si qui*. Episcopus ordinans indignum est suspensus à collatione ordi-

ordinum. GLOS. Saltem illius ordinis, si scienter; & hodie mitius agitur. *c. graue, de prebendis.*

CAP. *Hi quoscunque*. Ordinans asseclas indignos, reus est infidelitatis eorum qui scandalizantur.

CAP. *Vilissimus*. Prælatus sicut præcellit honore, si non præcellit scientia, & sanctitate, est vilissimus. CAP. *Dedit*. Baptismus à malo collatus non reiterandus.

CAP. *Sicut vrgeri*. Baptismus datus ab hæreticis tenet, & dat gratiam. CAP. *Etiam*. CAP. *Corporalia*. CAP. *Non sanat*. CAP. *Si qui*. Hæretici, qui seipsos baptizant accipiunt sacramentum, sed non effectum, idest gratiam, si seruant formam ecclesiæ in baptismo, secus non.

CAP. *Si quis*. CAP. *Paulianistæ*. Idem. CAP. *Detrahe*. Verbum additum elemento facit sacramentum. CAP. *Firmissime*. Baptizatus, si est extra ecclesiam, non saluatur. 7

CAP. *Teneamus*. Quis faciens miracula non saluatur, si non sit in ecclesia, & scriptum eius nomen in cælo. CAP. *Hanc regulam*. Baptismus non reiterandus.

CAP. *Spiritus sanctus*. Spiritus sanctus per ministerium malorum bonos colligit. CAP. *Si quis*. Baptizatus à non baptizato non est rebaptizandus, sed supplendi ritus. CAP. *Si presbyter*. Ordinatus si deprehendat se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

CAP. *Sic populus*. CAP. *Odit*. CAP. *Illi*. CAP. *Marcion*. CAP. *Vide*. CAP. *Non oportet*. CAP. *Non liceat*. CAP. *In ecclesia*. CAP. *Manifestum*. Hæreticorum oblationes, & opera non sunt grata Deo, nec habent Euangelium. CAP. *Si quis*. CAP. *Extra*. Idem.

CAP. *Superueniente*. Ab Hæretico non sumenda communio in Paschate. 8
CAP. *Arianos*. Sacerdotes hæreticorum nō sunt honorandi honore Christi.

CAP. *Manus impositio*. Manus impositio non est sacramentum, quia reiterari potest. GRAT. Præter baptismum sacramenta ab hæreticis non possunt ministrari.

CAP. *Sicut Christus*. Dictum Hieronymi, idest qui potest baptizare, potest celebrare, intelligitur de catholico, non de hæretico. CAP. *Maledicam*. Deus maledicit benedictiones hæreticorum.

CAP. *Intra*. Æque malus, & bonus sacerdos conficit corpus Christi, quia in verbis Christi conficiuntur sacramenta, non in merito sacerdotis. GLOS. Hæc vsque ad cap. sacerdotes, loquitur de malis sacerdotibus toleratis ab Ecclesia.

CAP. *Omnia*. CAP. *Prophetauit*. CAP. *O propheta*. CAP. *Ita fit*. CAP. *Vt euidenter*. CAP. *Cum Scriptura*. CAP. *Multi*. CAP. *Significastis*. CAP. *Non quales*. CAP. *Dominus*. CAP. *Christus*. CAP. *Non nocet*. Idem quod supra. idest sacramēta prosunt digne sumentibus, licet noceant male ea tractantibus. 9

CAP. *Sacerdotes*. Obijcitur contra prædicta, idest non solum verba imprecantis, sed vita, & merita faciunt Eucharistiam, & sacramenta. GLOS. Vt proficiant conficienti. *c. cum vita, in f. eod.*

CAP. *Ipsi sacerdotes*. Quanto sacerdos est melior, tanto facilius exauditur, & comedit sancta populi. GLOS. Idest oblata pro peccatis, vel quia delent peccata, vel corrigunt, vel bona ecclesiæ.

CAP. *Sacrosancta*. Quando malus sacerdos conficit, Spiritus sanctus non aduc-

aduenit. GLOS. Ad salutem conficientis, sed ad detrimentum. CAP. *Necesse est*. Idem.

CAP. *Interrogo vos*. Æque diligenter seruandum est verbum Dei in ore, & corde, ac corpus Christi. GLOS. Idest quod verbo significatur, & concipitur.

10 CAP. *Neque potest*. Sacramentum non potest rite, idest digne offerri, nisi à iusto, & sancto sacerdote, nec accipi, nisi à iusto. GRAT. Quando dicitur quod requiritur bona vita sacerdotis pro Eucharistia, intelligitur non pro consecratione, sed pro effectu, idest gratia recipienda à sacerdote.

CAP. *Dictum est*. Efficacia sacramenti non pendet à bonitate, vel malitia sacerdotis, sed ab ordine, & à Deo dante effectum benedictionis, hinc dignitas sacerdotis. GLOS. Hæretici conficiunt Baptismum, & Eucharistiam.

fol. 22. CAP. *Quod quidam*. Hæreticus, vel schismaticus, sicut in se habet sacramenta, sic potest dare, si in ecclesia fuit ordinatus Episcopus; sed si extra,
1 potest ordinare, sed non recte dare; vnde non reiteranda, vt ordinis. GLOS. Laicus non habet ius baptismi nisi large.

CAP. *Per Isaiam*. Omnia sacramenta quamuis obsint indigne tractantibus, tamen prosunt digne sumentibus ea ab indignis. GRAT. Sic simoniacis imprimitur character.

CAP. *Baptizandis*. Pro baptismo, chrismate, & alijs sacramentis nihil dandum, est enim simonia. GLOS. Quando est periculum salutis, & necessitas danda, pœna est depositio.

CAP. *Nullus*. Qui, vt dispenset communionem, pretium accipit, deponatur. GLOS. Etiam si tantu exigat, punitur conatus, melius si cum effectu.

CAP. *Quicquid indiuisibilis*. Qui pro conferendo aliquo sacramento accipit pretia, vel præmia, nisi voluntariè oblata, si Episcopus hoc scit, & non corripit, est excommunicatus per duos menses, presbyter accipiens est excommunicatus per quatuor menses, diaconus per tres, reliqui inferiores plectendi excommunicatione, & pœna competenti. GLOS. Quid de matrimonio? & dos potest peti. Item Episcopus excommunicationi subijciatur, idest suspendendus. *dist. 32. c. eos.* Item alij grauius puniendi. *c. qui baptizandi, eod. supra.* & *1. q. 3. c. vbi.* Item presbyter est etiam deponendus.

2 CAP. *Placuit, vt nullus*. Episcopus pro balsamo, vel chrismate, quod dat ecclesijs, nihil accipiat, est enim simonia.

CAP. *Placuit, vt vnusquisque*. Pro baptismo nihil accipiatur, vel exigatur, nisi sponte oblatum, ne à baptismo retrahatur, & perdatur anima eius.

CAP. *Emendati*. Qui baptizatur non mittat nummos in concham, nec sacerdos lauet pedes baptizandi, nec clericus. GLOS. Quia præsumitur simonia, secus si sponte dentur.

CAP. *Dictum est*. CAP. *Statuimus vt*. Pro ordinatione, chrismate, baptismo, balsamo, sepultura, communione, dedicandis basilicis, nihil accipiatur, nec exigatur etiam pro balsamo, vel candelis emendis, sed Episcopus prouideat de facultatibus Ecclesiæ.

CAP. *Statuimus decretum*. Simoniace à simoniacis, idest scienter ordinati. Item simoniaci simoniace ordinati à non simoniacis, debent deponi: sed cum simoniaco à simoniaco non simoniace ordinato misericorditer dispensatur. GLOS. Quia ignorabat: & dicuntur simoniaci propter ordinationem, non reatu.

CAP.

CAP. *Si qui à simoniaco*. Qui ordinantur à simoniaco non simoniace, si probat ignorasse, & illum fuisse toleratum, misericorditer dispenset: si scienter, non. GLOS. Ordinatus ignoranter à simoniaco indiget dispensatione, secus de coacto, sed recipiente characterem. *c. constat, eod.* Item si scio aliquem simoniacum, licet occulte, non debeo ab eo ordinari: & si me cogat, potius patiar excommunicari. *c. inquisitioni, de sentent. excomm.* Item qui allegat ignorantiam, debet eam probare, & sufficit verisimilis probatio. Item contrarius sensus non semper habet vim, vt in simonia. 3

CAP. *De catero*. Qui ordinatur ab eo, quem scit esse simoniacum, vterque priuatur, & deponitur.

CAP. *Erga simoniacos*. Cum simoniaco in dignitate seruanda non datur misericordia, sed deponantur.

CAP. *Constat*. Qui inuitus, & repugnans ordinatur ab hæreticis, si statim cessante vi recessit ab eis, & venit ad ecclesiam, excusatur; si post mensem, est reus. GLOS. Si mulier inuita tradatur in matrimonium, & statim post traditionem fugit animo non redeundi; non tenet illud matrimonium, secus si non statim, sed post aliquod tempus. GRAT. Cum hæreticis reuertantur, siue statim, siue non, non dispensatur ab ecclesia cum simoniacis, nisi relinquant beneficium, super quo, &c. GLOS. Instrumentum in parte verum, in parte falsum, est recipiendum, qua parte est verum. 4

CAP. *Omnis cuiuslibet*. Hæreticus, vel schismaticus, si conuertatur peracta pœnitentia, non ascendat, sed permaneat in ordine, in quo reperitur. GLOS. Nisi sit bis ordinatus.

CAP. *Ordinationes*. Ordinatio simoniace à non simoniaco, idest detur pretium, vel preces, vel obsequium alicui eo animo, vt curet ordinari hunc ab Episcopo nesciente simoniam, est irrita, idest sine executione: idem si ordinetur non canonice electus. GLOS. Renuntiare beneficio, vt alij detur, nisi deducatur in pactum, non est simonia. *c. dilecto, de prabendis*: nec si inde spem habet. *c. cum pridem, de pactis*. Item preces porrectæ pro indigno, vel carnali amore, vel à seipso, faciunt simoniam, secus non. *c. latorem, ead.* imò nec pro se, si est dignus. Item si non adest intentio, non est simonia, aliàs secus. *c. nemo, de simonia*. Item Papa potest dispensare cum simoniaco, licet non renuntiet. 5

CAP. *Sunt nonnulli*. In ordinatione potest committi simonia simpliciter manu, lingua, obsequio, idest munere, fauore, gratia humana, abiectione indebita. GLOS. An seruire pro beneficio sit simonia? Resp. si est dignus, & licitum, seu dignum, facit seruitium, non est simoniacus. *c. de catero, de clericis non resident.* si est indignus, vel dignus, sed indigne seruit, est simoniacus, non tamen debet hoc deducere in pactum. *c. pactiones, de pactis*. 6

CAP. *Si quis neque*. Qui pollutus moribus, nec vocatus, vel coactus, vel iniusto amore, vel sordidis precibus, vel seruitio, vel munere fraudulento ordinem, vel dignitatem ecclesiasticam accepit, si non renuntiat in vita, vel impœnitens moritur damnabitur, quia simoniacus. GLOS. Conferens beneficium indigno propter amorem est simoniacus. Item munus dicitur fraudulentum, quando dicit quod alias voluit hoc illi dare. *c. & si quastiones, ead.* vel pro expensis. *c. cum pridem, de pactis*.

CAP. *De ordinationibus*. Pro ordine est vetitum aliquid accipere, nec quis ordinetur in gratiam, vel supplicationem alicuius, idest carnalem.

CAP. *Quibusdam*. Nullus ordinetur simoniace, vel ad preces, si est indignus. GLOS. Dare preces pro digno, non est simonia, sed munus sic.

CAP. *Nullus itaque*. Ambitus non permittitur ad episcopatum, laicus ambiens episcopatum punitur centum aureis, clericus est infamis.

CAP. *Estote ergo*. In sacris non ordinantur, nisi prouecti ætate, & mundi opere, idest vita, & moribus, non pro potentia, vel supplicatione, vel munere, sed mature rem considerent adhibendo graues, & expertos.

7 CAP. *Pueri*. In sacris non ordinentur pueri, absit venalitas, potentia, & supplicatio, quia Deus offenditur si ex fauore, & non ex merito ordinatur quis. GLOS. Puer dicitur intra xxiv. annum, vel puer, idest neophytus, *dist. 48. sicut neophytus*, & *dist. 77. c. in veteri*. Item ad minores possunt admitti, non tamen ad acolythatum. *dist. 77. c. in singulis*. Item puer ordinatus in sacris, si est doli capax, tenetur continere, secus non, quia potest obligare se voto, & sacramento. *c. 1. de delict. puer.* sed non religioni. 27. q. 5. *cum ergo*.

CAP. *Laterem*. Papa ad intercessionem aliquorum ordinat acolythum; GLOS. Et dispensat, & tolerat. *c. Syracusans, dist. 28. c. clerico, dist. 50.*

CAP. *Filium*. Ordinatus à Papa in sacris ad preces alterius, non habet licentiam egrediendi ab Ecclesia Romana. GLOS. Hoc est commune. *c. literas, dist. 63.* Item ordinatus à Papa habet perogatiuam super alios, sed subest Episcopo. An possit ab Episcopo deponi, res est dubia. GRAT. Non quælibet ordinatio facta precibus damnatur, sed illa, quæ ex affectu carnali fit, nec aliter fieret, idest ambitiose. Item Papa non solum clericos cuiuslibet Episcopi, sed etiam monachos inuitare, & ordinare potest.

CAP. *Per principalem*. Papa auctoritate Apostolica potest ad se vocare, & inuitare clericos, & monachos. GLOS. Hoc idem potest Episcopus. *c. de cætero, de clericis non resid.* GRAT. Sacri ordines sicut non sunt pretio dandi, sic nec restituendi, nec emendi, nec vendendi.

8 CAP. *Nullus Episcopus*. Episcopus non grauet clericos, vel Abbates contra canones, nec restituat officium interdicto mediante pretio, est enim simonia. GLOS. Ratione præscriptionis Episcopus non imponat angarias sacerdotibus. Item quæ à talibus possideri non possunt, non currit præscriptio; si possunt, requiritur bona fides. *c. si diligenti, de præscript.* & tempus. 16. q. 3. & 4. Item præscriptio non dat nouum ius, sed auocat creatum, in multis præscriptio euanescit (vide ibi.) Item tempus non est modus tollendi obligationem, nisi immemorabile. Item Episcopus potest dare auxilium petenti causa iusta. Item Episcopus non potest absoluere suspensum cũ pretio, nisi sit consuetudo. *c. nemo, de simonia.* An iniuste suspensus possit redimere vexationem, aliqui dicunt quod non. Resp. sic. *c. quæsitum, q. 3.* & *c. 1. de vsur. c. dilectus, de simonia. c. decimas, 16. q. 3.* GRAT. Non solum est simonia dare pecuniam, vt ordines, vel munus ecclesiasticum det; sed etiam dare, vt non det, est simonia. GLOS. Est simonia. *c. nemo, de simonia.*

9 CAP. *Sunt quidam*. Qui non permittunt ecclesias ordinari fauore, vel vi, iudicantur sacrilegi. GLOS. Idest simoniaci, vt frangens immunitatem ecclesiæ. aliqui dicunt quod large sunt simoniaci.

CAP. *Iubemus*. Pari pœna mulctandi, qui pretio inducti impediunt fieri, quod iure fieri debet, vel faciunt quod de iure non debet. CAP. *In eum*. Idem. CAP. *Concussionis*. CAP. *Lege Iulia*. CAP. *Eadem lege*. Idem.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

AN pro ingressu ecclesiæ, vel monasterij sit exigenda pecunia,& exacta an restituenda. GRAT. Pro ingressu ecclesiæ, vel monasterij non licet aliquid exigere, sed licet à sponte dantibus oblata accipere, vt Samuel ab Anna. *1. Reg. 1. & 4. Actorum*. GLOS. Non dubitatur esse simoniam. *c.cum ecclesia.c.veniens.c.quoniam simoniaca,de simonia*. Et si dicatur,monasterium est tenue,si haberemus vnde possemus te sustentare,te reciperemus; est simonia. *c.quoniam simoniaca,de simonia*. Item nec ante, nec post potest peti *1.q.1.c.eos qui. & q.3. si quis prebendas*. 10

CAP. *Placuit*. Episcopus inuitatus pro consecranda ecclesia non exigat munus, quasi ex debito à patrono: sed si aliquid sponte datur, non respuat; sed si fundator est pauper,vel in necessitate, nihil exigatur. Item Episcopus non dedicet ecclesiam, nisi dotatam pro obsequio,& lumine per instrumentum confirmatū traditum Episcopo,aliter non est leuis culpa GLOS. Non exigat munus, sed potest exigere conuiuium, vel procurationem. *c.cum sit, de simonia*. Item si patronus fundator prius non dotet, Episcopus non debet proijcere primum lapidem. *c.nemo,de consecr.dist.1.* & si dotem non dedisset prius, est compellendus qui iecit primum lapidem.

CAP. *Quam pio*. Sicut à conuerso non est pretium sumendum, sic nec qui infidelis,est pretio inuitandus ad conuersionem, est enim simonia: possunt tamen adiuuari pauperes, si indigent, sicut conuersus potest aliquid offerre monasterio gratis.

CAP. *Nullus*. Abbas non paciscatur pro recipiendis, nec quid dandum pro pallio, vel pro ordine. fol.23.

CAP. *Sicut Episcopum*. In ordine sicut Episcopus non debet vendere manus impositionem, sic nec minister vocem, nec notarius calamum, idest fidē ordinationis; sed si ordinatus iam post omnia,si nō coactus,vel ex pacto, sed sponte aliquid dat, non prohibetur accipi, quia non ambitur, & est oblatio sine macula. GLOS. Pro ordine nil prorsus accipi potest, sed postea notarius pro fide scribenda,si nō est salariatus,potest quid accipere Concil. Trident. GRAT. Pro ingressu ecclesiæ non est pretium exigendum, sed spontanee oblatum licite sumitur. Item vere viduæ sunt pauperes. *1 ad Tit.5.* 1

CAP. *Viduas honora*. Vere viduæ,idest destitutæ ab omnibus, sustententur sumptibus ecclesiæ,aliæ non; nisi dent sua ecclesiæ: GLOS. Aliquando virgo dicitur vidua. 2

CAP. *Clericos*. Clerici pauperes sustentandi ab ecclesia, & clerici aliunde diuites, si quid accipiant ab ecclesia,committunt sacrilegium. GLOS. Si male dispensent. Item abundantes, siue præsentes,siue absentes sint, si accipiant de bonis ecclesiæ, licet neganda non sit ei portio, quia nemo cogitur suis stipendijs militare, tamen peccat mortaliter, præsertim si ex cupiditate sua reseruat.

CAP. *Pastor*. Prælatus habenti sua sufficientia nihil debet dare, quia est perdere: vt qui possunt sustentari bonis paternis, si accipiunt, quod est pauperum,committunt sacrilegium,& comedunt peccata populi. GRAT. Non intelligitur de diuitibus, qui euaserunt pauperes fortuna, vel electione, sed de his, qui nolunt sua relinquere. 3

CAP. *Si quis*. Qui non relinquit sua, & vult pasci ab ecclesia, peccat,

Item melius omnia reliquisse, vel nil desiderare,&ipasci ab ecclesia,quàm retinendo sua contribuere ecclesiæ , vt pascatur .

CAP. *Sacerdotes*. Clerici pauperes, siue ex natiuitate, siue ex natura, debent viuere de bonis ecclesiæ, vt ait Apost. *1. Corint. 9.*

CAP. Clerici. Sacerdotes distribuunt stipendia laborantibus pro varietate meritorum.

QVAESTIO III.

4 NOn solum qui spiritualia, sed qui temporalia spirituali bus annexa pretio accipit, vel dat , est simoniacus .

CAP. *Audiuimus*. Dare, vel accipere munera pro vsurpanda ecclesia, vel beneficio, est simonia sacrilega execranda, & facta irritanda .

CAP. *Si quis dator*. Vendens ecclesias, vel præbendas, est simoniacus , excommunicandus, & accepta restituat . GLOS. Cui Romanæ Ecclesiæ , vel Fisco, vel danti, non resoluit.

CAP. *Si quis Episcopus*. Ep scopus vendens beneficium, vel dignitates, vel officia, vel si ea non ordinat secundum canones, suspendatur ab officio ecclesiæ . GLOS. Idest deponatur.

CAP. *Quæsitum est*. Altaria, vt ecclesiæ , & decimæ datæ regularibus , quibus inseruiunt clerici seculares,Episcopus non cogat regulares, vt pluries redimant illa, prout multi clerici moriebantur . Item monachi, qui per triginta annos possederunt sub tali redemptione, non molestentur, sed possideant quiete, sed tantum soluant censum, quem ex ijsdem altaribus Episcopus habere solitus erat. GLOS. Episcopus committebat simoniam exigendo eedemptionem, sed non monachi, quia redimebant pro iure suo, nec peccabant, sicut aliquando spolia valent ex vna parte tantum. Item licitum est cuiq. redimere ius suum . *1.q.1. c. nullus Episcopus,& 16.q.vlt. c.decimas.*

5 CAP. *Ea, quæ*. In sacris Ordinibus, & rebus ecclesiasticis quicquid est acquisitum data, vel accepta, vel promissa pecunia, est irritum,& inualidum. GLOS. Vel retenta pecunia. *c. super eo,de transact.* quia remittere est dare. *c. veniens, de test.* Item im spiritualibus non potest interuenire transactio , nec in beneficijs permutatio. *c. quæsitum,de rerum permut.* Item super re spirituali tanquam proprietate, potest fieri permutatio. *cap. ad quæstiones,de rerum permut.* non tamen vt detur pro temporali spirituale. *c.vlt. de rer. permut.* sed potest interuenire amicabilis compositio. *c.2.de trans.* & auctoritate iudicis potest inesse pecunia.

CAP. *Totum*. Quicquid homo possidet in terra, vocatur pecunia. GLOS. Ergo in quacunque re fit simonia, & sic pecunia est in pondere , numero, & mensura, & in iure ipso .

CAP. *Si quis*. Emere ecclesiam , vel præbendam , vel quid ecclesiasticam, vel pro his dare ante, vel post pastellam,vel pastum, est simonia : nec excusat dicere, emo temporale . GLOS. Interdicitur de iure spirituali, cui inest temporale, non de re corporali, vel de iure percipiendi,vel de re consecrata, vel de administratione ratione ordinis. Item quando est promouendus ad ecclesiam, vel ordinem , non licite emit fructus perceptos , vel percipiendos iure ordinis, vel ecclesiæ,quia præsumitur emere ecclesiam , vel ordinem : sed alio tempore emere, non est peccatum . *c. 3. Ne prælati*

vices

vices suas. Item non det pastum etiam ex consuetudine. *c. vlt. eod. quæst.*

CAP. *Saluator.* Vendere rem ecclesiasticam est simonia, quia res ecclesiæ oblata est iam donum Dei. Qui res ecclesiasticas non ad id, ad quod sunt institutæ, sed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obsequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, est simoniacus; & qui duorum, idest temporalis, & spiritualis alterum vendit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum relinquit; & qui emit officium administratoris ecclesiastici, idest præpositi, œconomi, vicedomini, defensoris, aduocati, Maiordomus, Iudicis, archipresbiteratus, archidiaconatus, canonici, monachi, vel alterius officij, est simoniacus. GLOS. Aduocatus, castaldus, idest maiordomus, & Iudex possunt esse laici, cum nil spirituale habeant annexum, & tamen committitur simonia emptione. Resp. est simoniacum, quia prohibitum, non prohibitum, quia simoniacum: alij Resp. quod non est simonia, si non habet aliquid spirituale annexum, alij intelligunt de clericis. An commendare rem sit simonia. Resp. si ideo plus intendit, sic. 6

CAP. *Ex multis.* Beneficia, & ordines non conferantur clericis pro pretio, vel munere, sed gratis. Item Episcopus non eligat in ecclesia qui maiores sacculos pecuniæ conferunt, sed qui moribus, disciplina, & scientia ecclesiam valeant sustentare. Item clericus pro beneficio nihil det, etiam pro fabrica ecclesiæ, vel pro denarijs ecclesiæ, seu vt pauperibus detur, quia nil male accipiendum, vt bene detur: si secus, simoniacus est suspensus, & non ministret, & est excommunicandus. GLOS. Simoniacus est puniendus sine præcedenti admonitione, contra Hu. Item cum simoniaco super ordine, vel beneficio, in quo sciente non dispensat, nisi Papa; sed si eo ignorante committitur, vel est tantum in animo, dispensat Episcopus. *c. fin. c. de regularibus c. ex insinuatione de simonia.* Imo quando solo animo committitur simonia, sufficit sola pœnitentia. Item cum simoniaco in ordine vel beneficio in nullo casu potest Episcopus. 7

CAP. *Vendentes.* Vendentes, vel ementes spiritualia, vel iustitiam, vel vt non faciat quod debeat, est peccatum simoniæ. GLOS. In re ecclesiastica, in alijs graue peccatum. Item sententia etiam iusta, si per pecuniam detur, est nulla. CAP. *Non solum.* Simonia fit in ordine. CAP. *Res ecclesiæ.* Idem in consecratione. 8

CAP. *Peruenit.* Episcopus, qui decimas, & oblationes non clericis, sed laicis dat, vel consanguineis, quod grauius est, est habendus inter hæreticos, & qui accipit peccat. GLOS. Non ius decimarum, sed fructus possunt dari decimæ laicis, idest res ipsa in feudum, sed non transibit ad hæredes *c. ad hoc de decimis*; sed non proprie, vt feudum. *c. quamuis de decimis*; & si decimæ dantur laicis, & crescunt noualia, decimæ noualium non crescunt laicis, sed ecclesijs, *c. sua, de decimis.*

CAP. *Altare.* Simoniaca hæresis est dare altare, vel decimas pro pecunia. GLOS. Altare, idest oblata. Item Episcopus potest redimere decimas à seculari, non emere, esset enim simoniacum. 9

CAP. *Si quis.* Beneficia, honores ecclesiasticos, sacramenta qui emit, careat acquisito honore, & emptor, & interuentor, sint infames, & neque ante, neque post aliquid exigatur pro pacto, vel consuetudine, vel quis dare præsumat, est enim simoniacum, sed sine diminutione re fruatur. GLOS. Idem pro sepultura, vel benedictione nubentium. *c. cum in ecclesia, de sim.* vel pro

consecratione Altaris. Item longa consuetudo non excusat. *c. Iacobus, de simonia*. Item si dignitas conferatur diminuta, potest eam petere in solidum *c. cum venissent, de instit.* Item aliquando Episcopus potest detinere fructus *c. vt nostrum, vt ecclesiastica beneficia*.

QVÆSTIO IV.

10 AN simonia commissa à patre excuset ignorantem filiũ? videtur sic, idest in pœna æterna. GLOS. Pœna æterna vnus non punitur pro alio; pœna corporali, vel in statu sæpe sic; pœna spirituali, excepta excommunicatione, alijs vt in interdicto, oblatione, in ordine, & beneficio sic punitur.

CAP. *Nullius*. Nullius crimẽ maculat nescientem. CAP. *Quis locus*. Idem.

CAP. *Placuit*. Infantes baptizati ab hæreticis, non suo iudicio, sed perfidia parentum, possunt ordinari, & ministrare. GLOS. Si non acquieuerunt hæresi. Secus, si adulta ætate hæresi consenserunt, vel qui adulta ab hæreticis baptizantur *eod. q. 7. c. qui in qualibet*.

CAP. *Qui apud*. Idem: baptizati à Donatistis paruuli, sed rationis capaces non consenserunt hæresi, si ordinentur, ministrent, quia error parentum non nocet.

CAP. *Quia præsulatus*. Excessus parentum sine culpa filij, filio non nocet: vt si parentes eruant oculos clerici aduersarij pro filio clerico, hic non excommunicandus.

CAP. *Crimen*. Crimen, vel pœna non maculat filium, nec quis constituitur successor alieni criminis.

fol. 24. CAP. *Iudæi*. Iudæi baptizati, si præuaricantur, & puniantur, tamen eorum filij fideles non perdunt hæreditatem. GLOS. Nisi in crimine læsæ

1 maiestatis. Item Iudæi non possunt exhæredare filios conuersos: sed quid de hæreticis? vide *glos. 23. q. 7. in principio*.

CAP. *Iam itaque*. Cum filius est alter à patre, non est obnoxius peccato patris, sed quando est vnus cum patre, trahit peccatum originale. CAP. *Huiusmodi*. Peccatum alterius non nocet, si te non peruertit. GRAT. Contra *Exod. 20*. Deus visitauit vsque ad quartam generationem, idest expectat ad pœnitentiam, & non statim punit. Item ignorantia excusat infantes baptizatos ab hæreticis. GLOS. Sicut excusatur qui ignoranter à simoniaco ordinatur, ergo & qui simoniace. *q. 1. c. ventum est, & c. placuit c. si quis à simoniacis*.

2 CAP. *Non imputantur*. Filij non sunt plectendi pœna spirituali pro peccatis parentum, quæ committuntur post eorum natiuitatem. GLOS. Pœna spirituali, idest excommunicatione, sed priuantur officio, & beneficio, licet sit pœna spiritualis, infra *q. 5. c. 1. c. præsentium, & de filijs presbyterorum c. 1*.

CAP. *Ecclesia*. Probat oppositum per tres authoritates, idest ecclesia consecrata pactione execrata dici debet. GLOS. Post consecrationem potest pacisci de annuo redditu pro ministris. Item probat per multas historias, quod vnus punitur pro peccato alterius, sed semper in temporalibus, vel vita temporali.

3 CAP. *Turbatur*. Patitur nauicula Petri, in qua erat Iudas. GLOS. Est temporalis, & sic ignorantia simoniæ non excusat, sicut Petrus ignorabat peccatum Iudæ. GRAT. Ignorantia vel est facti, vel iuris: facti quod scire

non

non teneris, ideſt probabilis, præſertim in alieno facto, & excuſat; vel quod ſcire teneris, & non excuſat, vt Chriſtum veniſſe, ideſt non probabilis. Nota vt quis dicatur probabiliter errare, non eſt neceſſe, vt ſit nimis ſcrupuloſus, & diligens, & curioſus in inquirendo, nec quod ſit nimis negligens, & diſſolutus non inquirendo. Ignorantia iuris naturalis non excuſat, Iuris ſi tale ius eſt, quod facile quis ſcire poteſt per ſe, vel per alios, & habet copiam, non excuſat, niſi ſint milites, ruſtici, minores, mulieres: hos excuſat. Alios vero, ſi eſt de damno vitãdo, excuſat; ſi de lucro faciendo, non excuſat: exempla vide ibi.

CAP. *Si quis in tantam.* Qui aufert poſſeſſionem rei ante iudicium iudicis, reſtituat poſſeſſionem, & perdat dominium, &c. ſi alienauit, ſoluat.

QVÆSTIO V.

4

NOn licet alicui eſſe in eccleſia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus. Qui inſcius obtinet eccleſiam emptam, vel ordinem pecunia paterna, ſi eam dimittit, poteſt ex gratia, mox in ea remanere: *hic c. 1. & de ſimonia de Reg.* Si conſcius ſimoniæ accepit, deponitur ab ordine, vel dignitate, & non debet diſpenſari, ſed in beneficio, vel eccleſia diſpenſatur.

CAP. *Quicunque.* Cum paruulis, quibus inſcijs parentes emerunt eccleſias, ſi eas prius dimiſerunt, diſpenſatur, vt in eis remaneant; ſic in ordinibus ſacris, ſi ſint digni. Qui grandiores per ſe emerunt eccleſias, cum eis non diſpenſatur, niſi vt in alijs eccleſijs exerceant ordines ſacros; & ſi non poſſunt transferri ad alias eccleſias, in hac tantum exerceant minores ordines, & non aſcendant, ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ. Si vero ante ſimoniam erant, illos exerceant, ſed non habeant primum locum, vel ſingularem, vel præpoſituram in emptis eccleſijs. GLOS. Papa poteſt diſpenſare cum omnibus: Ideo dicit, *Salua auctoritate Sedis Apoſtolicæ.* Item delictum ſuperueniens, vel noua cauſa non vitiant legitime factum.

CAP. *Eos, qui.* Qui emunt eccleſiam, ſi alioqui digni ſunt, cum his diſpenſatur, vt exerceant ordines ſine præiudicio canonum. GRAT. Ignorantia ſimoniæ excuſat à crimines, ideo conceditur exercere; ſed remouentur ab eccleſijs, ne fructum reportent. Idem dicendum, quando ſimonia eſt commiſſa in ordinatione, ignorantibus ordinato, & ordinante. 5

CAP. *Præſentium.* Si incuria parentum fuit commiſſa ſimonia in ordinatione, ordinatus, qui erat ignarus, ex diſpenſatione exerceat; & ſi eccleſia illa indiget, etiam ſacerdotium exerceat. GLOS. In ſimonia pro beneficio, vel ordine ſi pecunia eſt data Epiſcopo, Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ſed quilibet ſuperior in beneficio, in ordine ſolus Papa. Si ignorãter eſt commiſſa ſimonia, Epiſcopus, vel capitulum poteſt. *c. ex inſinuatione, de ſimonia.* Sed hodie ſeruatur, vt in *c. ex multis q. 3. ſup.*

QVÆSTIO VI.

NOn ſolum qui ignoranter à ſimoniacis ordinantur, ſed qui ſoluunt pro electione, vel vt fiat decretum electionis, vel vt ſcribatur, vel non contradicatur, ſunt ſimoniaci, quia eſt ſpirituali annexum. 6

CAP. *Si quis.* Qui vult Epiſcopatum, vel beneficium, non det pecuniam,

vt potentes subscribant, vel suffragentur, nec timore compellat. GLOS. Timor non inducit simoniam, sed peccatum. Item timor etiam verborum vitiat electionem.

CAP. *Ego autem.* Dare eligentibus præmium, est simonia, & simoniacus non est aptus orator pro populo. GLOS. Tunc tenetur Prælatus inquirere, quando clamosa querelatio ad eum peruenit. *c. licet de simonia.*

7 CAP. *Sicut is.* Sicut qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, est amouendus ab altari; sic qui vltro ambit, vel importune se ingerit, est proculdubio repellendus; quare ordinentur sine simonia, & sincere. GLOS. Ad dignitates qui perseueranter est renuens, non est cogendus. *Dist. 74. c. ista*; sed faciendum est, vt de nolente fiat volens. *7. q. 1. c. scias, & c. Episcopus de loco, & 27. q. 4. c. displicet & dist. 40. c. ante omnia 6. q. 1. in scripturis.* Item quis debet fugere dignitatem, scilicet timere ne forte non sit sufficiens, vel fugit qui non se ingerit, nec quærit, sed quæritur. Item mentitur quis opere, sicut ore, & peccat. *22. q. 2. cum humilitatis, & q. 5. c. caueto.* An possit peti honor? Resp. non, nam eo ipso, quod se ingerit, est suspectus: potest peti meritis, non alias; an militia secularis emi possit. GRAT. Si pecunia fuit soluta, vel promissa electo, vel ordinato ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinem peruenit, ei non nocet.

QVÆSTIO VII.

8 AN renuntians suæ hæresi sit recipiendus in dignitate Episcopali, vel in suo ordine. GLOS. Ex dispensatione.

CAP. *Si qui presbyteri.* Clerici ordinati in ecclesia catholica, postea hæretici facti resistunt ecclesiæ, vel ab hæreticis ordinantur, si conuertantur ad ecclesiam, admittantur tantum ad communionem laicam, & non ad officium ordinum. GLOS. Hoc ex rigore, secus ex pietate. *23. q. 4. ipsa.* Item clericus habens duas ecclesias non potest præstare patrocinium vni contra aliã; secus si habet administrationem in vna.

CAP. *Si quis omnem.* Qui violat ecclesiasticam traditionem scriptam, vel non scriptam, anathema sit. Item dans, vel accipiens ordinem simoniace, deponatur, nec post pœnitentiam exerceat; & rara indulgentia cum aliquo non transit in legem ecclesiæ. Item qui post baptismum labitur in fornicationem repellitur ab ordinatione, & qui cum hoc peccato fit sacerdos, degradetur. Item non solum pecunia ordinati, sed qui pecunia sumunt curam Monasterij ecclesiastici, Domus religiosæ, Hospitalis, orfanorum, deponuntur à cura, vt simoniaci. Item Episcopus, vel qui est in sacris, si per se, vel alium percutit vt timeatur, deponatur. Item qui per seculares potestates obtinet ordinem, vel ecclesiam, deponatur; si religiosam domum, expellatur. GLOS. Legitime factum, si superueniat delictum, irritatur. Item per baptismum tolluntur omnia peccata, & sequentia, vt infamia. Item in Hospitali committitur simonia.

9 CAP. *Cauendum.* Nemo simoniace locum religionis obtineat per se, vel per alium.

CAP. *Conuenientibus.* Episcopi, & omnes ab hæreticis reuertentes sunt recipiendi in statum pristinum, dummodo abiurent hæreses in scripto, & fidem profiteantur: sed qui sponte sunt ab hæreticis ordinati, vel qui studio se ad

se ad subuersionem nostræ Fidei elegerunt ab Episcopis hæreticis ordinari, non sunt recipiendi. GLOS. Synodus vniuersalis est, quando interuenit Papa, vel eius Legatus: localis est aliorum sine his. Abbates debent interesse Synodo.

CAP. *Requisitis*. Simoniace ordinati non exerceant etiam post pœnitentiam. GLOS. Loquitur de conuictis, vel notorijs. Item etiam de ordinantibus. GRAT. Rigor iuris, & disciplinæ misericorditer dispensatur, & relaxatur pro tempore, vel persona intuitu pietatis, vel necessitatis, vel vtilitatis. GLOS. Dispensatio est iuris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi. *12. q. 1. ex his*. Item vbicumque decoloratur status ecclesiæ, non potest dispensari. Item Episcopi possunt dispensare in his, in quibus non eis prohibita dispensatio. *c. 1. de clericis pug. in duel. c. nuper, de sentent. excomm.* Item in multis permittuntur dispensare (vide ibi.) Item dispensatio fit, quando requirit necessitas, vel vtilitas. *c. tali, infra*; & si timetur malum, vel propter futurum bonum, propter vitandum scandalum, propter multitudinem. 10

CAP. *Necessaria*. Propter necessitatem temporis mature re considerata dispensatur in iure canonico, & temperatur rigor. GLOS. Et sic ex monachis, vel laicis clerici eliguntur, & ordinati ab hæreticis tolerantur. fol. 25. 1

CAP. *Quod pro remedio*. Idem quod supra, & cessante necessitate, debet cessare dispensatio. GLOS. Facta dispensatio tenet, sed non amplius dispensandum. *c. sicut, de filijs presb.*

CAP. *Si qui voluerint*. Hæretici venientes ad ecclesiam ordinentur, & maneant in choro, sed in scriptis fateantur se seruaturos statuta ecclesiæ.

CAP. *Quoties*. Qui reuertitur à schismate, abiuret, & iuret de perpetua subiectione, &c. (ibi ponitur forma.) GLOS. Episcopus cum iurat, non debet tangere librum. *c. vlt. de iureiur.* Item iurare coguntur presbyteri in sex casibus, idest pro recta fide, vt obediat, vt bona fama, ne verum pereat, ne res sacra, vel data damna. GRAT. Prædicta ex dispensatione, non aliter de rigore canonum.

CAP. *Qui in qualibet state*. Baptizati, vel rebaptizati extra ecclesiam catholicam, non admittantur ad clericatum. GLOS. Si adulti consenserint. 2

CAP. *Tanta nequitia*. Delictum simplicis senis, non rigorose punitur. GLOS. Rigor canonum ratione personæ relaxatur.

CAP. *Si qui, vel temeritate*. Ob pietatem aliquando relaxatur rigor canonum, vt aliqui exerceant, vbi sunt, sed non ascendant.

CAP. *Quoniam quicquid*. Ob necessitatem, idest ad tollendum scandalum toleratur male factum, sed amplius non fiat, vt si quis sine licentia ordinetur.

CAP. *Quoties à populis*. Peccatum multitudinis solet transire inultum, sed in futurum præcauendum.

CAP. *Didici*. Hæreticus, qui auertit multos à fide, si ipse conuertatur, recipiendus. CAP. *Dispensationes*. Ne multitudo pereat, aliqui excommunicantur, vt in naufragio.

CAP. *Tali coniugio*. Nati ex rapta, & raptore, non ordinentur, nisi pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, vel sint magni meriti. GLOS. Qui illegitimi.

CAP. *Exigunt*. Quando Papa relinquit aliquod factum contra canones, non concedit simile fieri, vt si laicus statim fiat Episcopus sine interstitijs. GLOS. Quando in vno iure est rigor, & in alio misericordia, iudex vtatur mise-

misericordia. Item dispensatio quando impune peccata dimittuntur, non dat licentiam peccandi in similibus.

3 CAP. *Maximum*. CAP. *Donatum*. Idem, vt supra,& duos hæreticos conuersos statim factos Episcopos reliquit, sed vult professionem fidei mittant. GLOS. An si patronus fiat hæreticus, & mox reuertatur, recuperet ius patronatus: res est dubia, post sententiam videtur non.

CAP. *Saluberrimum*. Hæretici, qui conuertuntur, abiurent hæresim cum autore, non ascendant, sed tolerentur in ordine in quo sunt, si non sunt rebaptizati. GLOS. Quando dispensatio reseruatur Papæ.

CAP. *Si quis*. Hæretici quando conuertuntur, publice detestentur hæresim cum autoribus. GRAT. In ecclesia aliqua certis causis tolerantur, quæ cessantibus causis puniuntur: sed quando sint toleranda, vide.

4 CAP. *Et si illa*. Illa, quæ non nocent per malum exemplum, cum causa dispensantur, sed quæ sunt malo exemplo, & decolorant, non dispensanda. GLOS. *Dist. 14. c. 2.* Item causæ dispensandi sunt, necessitas, & vtilitas. An ex causa probabili, videtur sic. *dist. 57. c. 1.* videtur non. Item dispensationes factæ ob necessitatem, si cessat necessitas, sunt mutilandæ, sed quæ regulariter fiunt, non. *9. q. 1. c. ab excommunicationis, dist. 50. c. placuit.* GRAT. Ordinati ab hæreticis, si rite, non sunt iterum ordinandi.

5 CAP. *Deibertum*. CAP. *Per illicitam*. Non secundum formam ecclesiæ ordinati ab hæreticis sunt iterum ordinandi. GLOS. Delegatus eligens indignum, iterum potest eligere.

CAP. *Sancimus*. Ad prouincias gubernandas eligantur probæ vitæ, non qui ambitione, vel præmio quærunt; & iurent se nil dedisse, nec postea daturos per se, vel per alium pro illa dignitate, nec quicquam accepturos, præter salarium: si secus, quadruplici pœna puniantur.

CAP. *Pater*. Simoniacus, vt præcipuus hæreticus ab omnibus respuendus, & si non resipiscit, est opprimendus etiam à potestate laica.

GRAT. Diximus de simonia, sequitur de ordine Iudiciario, quo crimen puniendum est.

Causa secunda, de ordine iudiciario contra crimen, habet Quæstiones octo.

QVÆSTIO PRIMA.

6 AN in manifestis sit requirendus ordo iudiciarius. GRAT. Nullus est damnandus sine ordine iudiciario. GLOS. Præterquã in notorio crimine. *c. manifesta, ead.* & *c. ad nostram, de iureiurando*. Sed in manifestis requiritur ordo iuris. *c. eorum, 11. q. 3.* Item sententia triplex: prima diffinitiua, quæ sine ordine iuris est nulla. *ead. quæst. 6. §. diffinitiua*. Si ordo iuris est de substantia iudicij, vt quis post citationem habeat inducias, vt fiat litis contestatio, & testes recipiantur, & sententia feratur in scriptis; secus si non est de substantia, vt sententia non feratur sub conditione, & non prius pronuntietur de possessione, quàm de proprietate, tunc enim tenet sententia. *ead. q. 6. c. biduum*. Secunda est interlocutoria, & requirit ordinem iuris, vt in excommunicatione. *c. sacro, de sentent. excomm.* de suspensione, *ead. c. nomen,* & sine

& sine hoc, tamen tenet. Tertia sententia præcepti, v.g. vt soluat,& soluit, non potest repetere, licet iudex iniuste præcipiat.

CAP. *Nos*. Sententia non fertur nisi in conuictum,vel sponte confessum. 7
GLOS. Quatuor modis conuincitur, iure,& instrumentis,vel testibus, euidentia facti, iuris interpretatione,vt sæpe citatus est reus, violenta suspicione, vel præsumptione. Item in confessum fertur,etiam si aduocatus confiteatur, nec reuocet nisi in carcere,vi tormentorum confiteatur, & post tormenta in confessione non perseueret. Item vt confessio noceat confitenti,multa requiruntur. (Vide ibi.)

CAP. *Iudex*. CAP. *Sicut*. Idem,& sententia iusta statim executioni mandanda. CAP. *Nihil*. Nullus damnetur, nisi prius accusatus.

CAP. *Primates*. Accusatus debet esse conuictus,aut confessus. CAP. *Vnus*. Per tolerantiam sustinetur quis, licet sit condemnatus in diuino iudicio.

CAP. *In primis*. Quando aliquis dicitur iniuste condemnatus, superior mandet, vt cognoscant an sit seruata forma iuris, & quæ sit, vide ibi.

CAP. *Statutis*. Sententia lata sine scripto non valet. GLOS. In criminalibus,ac in ciuilibus paucis exceptis, est Episcopus, vt laicus in modicis.

CAP. *Legum*. Idem. CAP. *Notum*. Qui non est conuictus, neque confessus, restituatur. GLOS. Pro spolio conuenitur etiam, qui ratum habuit, vel non puniuit. 8

CAP. *Nemo*. Excommunicatio non ferenda antequam causa probetur; si secus excommunicans punitur, & excommunicatus absoluitur à superiore. GLOS. Ex consuetudine multi possunt excommunicari.

CAP. *Nomen*. Nullus est excommunicandus, nisi sit conuictus, vel contumax, quia pendente causa, non iudicandum.

CAP. *Primo*. Non est ferenda sententia ex suspicione, nisi prius diligenter probetur causa,ne alijs facias,quod tibi nõ vis.GLOS.Suspicio violẽta sufficit.

CAP. *Prohibentur*. Multi prohibentur accusare, vt fœmina, puer, miles, officialis, infamis, serui, falsarij, pauperes, nisi suam iniuriam exequendo. (vide ibi.) GRAT. In manifesto crimine non requiritur ordo iuris, idest, vt conuincatur, vel confiteatur. GLOS. Idest in notorio.

CAP. *Manifesta*. Hæc accusatione non indigent. GLOS. Fama manifestum,& notorium differunt: fama quandoque est ex scientia, quandoque ex suspicione, aliquando ex certo, aliquando ex incerto auctore. Manifestum semper procedit ex scientia, & certo auctore, quod probari potest, licet quandoque quod probare potest dicatur occultũ, & etiam occultum dicitur, quod quinque sciunt. *de pœnit. dist.1. §. hac ergo secreta*. Notorium dicitur manifestum, quod patet per confessionem, vel per probationem,vel per euidentiam rei. *c.cum olim, de verb. signif.* & notorium est triplex, facti, iuris, præsumptionis. Facti, quod ita est euidens, quod negari non potest probabiliter. *c.tua,*& *c.vestra, de cohabit. cleric.* & in hoc non auditur non appellans,sed creditur simplici assertioni officialis,nec requiritur scientia omnium, sed plurium; & hoc factum est continuum, vt si Episcopus transit ad alium episcopatum sine licentia, & tunc nullus ordo iuris requiritur; vel interpolatum,quod statim transit,& in hoc requiritur semiplena probatio. Notorium iuris quando est condemnatus confessus, vel conuictus. Præsumptus notorius est quando communiter habetur filius alicuius; nec requiritur ordo iuris, quia probari non potest. 9 10

CAP.

fol. 26. CAP. *Qua Lotharius*. Idem. GLOS. In manifestis neque probatio, neque purgatio est necessaria, nisi ex abundantia, non sic in notorijs.

1 GRAT. Ordo iuris requiritur, ne innocens opprimatur à falsis, & ne criminis eiudat sententiam, quod non occurrit in manifestis.

CAP. *De manifesta*. In causa manifesta, idest in qua non est opus testibus, nec aliqua tergiuersatione tegi potest, non seruatur ordo iudiciarius. Item potest esse, vt causa sit manifesta delegato, qui procedet sine ordine iuris, sed non est manifesta deleganti, qui procedit secundum ordinem iuris: idem de inquisitione. Item nemo condemnandus sine accusatore, nisi in septem casibus, in carta suspecta, cum testis fraudulenter, & procaciter respondit, in tutore suspecto, in marito de lenocinio, in calumniatore, cum crimen probatur per inquisitionem, cum deficit reus in purgatione. GRAT. In eadem causa nemo potest esse iudex, & accusator, nam desineret esse iudex: ideo quando causa est nota iudici tantum, vt homini, debet examinare.

2 CAP. *Multi*. Nemo fit accusator, & iudex, nec à communione quis prohibendus, nisi sponte confessus, aut conuictus. Item aliquid toleretur, vel corrigatur.

CAP. *Si peccauerit*. Idem. GRAT. Quando crimen est notum alijs, sed occultum iudici, iudex non debet ferre sententiam.

CAP. *Deus omnipotens*. Nemo credat mala audita, & passim dicta absque certa probatione, & iudex de his non iudicet ante probationem.

GRAT. Quando crimen est notum iudici, & alijs, & reus negat, sine examinatione non est condemnandus, nisi sit publicum opere.

CAP. *Scelus quod*. Pro culpa manifesta quis condemnatur, vt duo Episcopi defendentes Lotharium, deponuntur. GLOS. Non per solam publicam famam.

QVÆSTIO II.

3 AN spoliatus ab aliquo sit iudicandus, vel prius restituendus. GRAT. Spoliatus est prius restituendus. GLOS. Nisi spoliatio probetur per modum exceptionis.

CAP. *Antiquitus*. CAP. *Omnes*. Ante litem contestatam, iudex restituat possessori omnia sublata, & fructus. GLOS. Perceptos, & percipiendos, ac si non fuisset spoliatus. Idem dicitur ante litem, quia exceptio spoliationis est dilatoria, ideo ante litem proponenda, nisi directe velit agere de spoliatione. Nota cautelam: conuentus ab aduersario super aliquo, vtilius est, vt directe petas spoliationis restitutionem, quia prius audieris, & restitueris. *c. ex conquestione, de rest. spol.* si vero de alio agit, vtilius est, vt excipias de spoliatione alterius rei, quia prius audieris. *c. cum dilectus, de ord. cognit.*

4 CAP. *Nullus*. Episcopus si sit eiectus à sua sede, vel bonis spoliatus, non potest accusari, nisi restituatur in integrum cum fructibus.

CAP. *In scripturis*. Idem, & nec ad Synodum potest vocari. GLOS. Spoliator in nullo crimine potest accusare spoliatum ante restitutionem.

CAP. *Nullus*. Spoliatus non potest conuocari, vel iudicari, nisi restituantur ei omnia etiam iura. GLOS. Etiam spiritualia, vt communio hominum, quia inermis non potest inimico resistere.

CAP. *Preceptum*. Idem, nec debet respondere, nisi in omnibus restitutus.

QVÆ-

QVAESTIO III.

QVa pœna feriendi sunt, qui in accusatione, vel testificatione deficiunt. 5
GRAT. Pœna infamiæ. GLOS. Accusator potest deficere in quinque, primo errore, secundo temeritate, tertio calumnia, quarto præuaricando, quinto tergiuersando, & in omnibus his desistit: impetrata abolitione non punitur, nec fit infamis; si non impetrauit abolitionem, parcitur ei in duobus primis, sed non in alijs: calumniator tenetur ad pœnam talionis, præuaricator postea neminem potest accusare, & extra ordinem punitur, tergiuersator punitur in quinque libris aureis. Item testis calumniator punitur ad pœnam talionis, sed dicimus quod non.

CAP. *Si quis circa*. Qui accusat aliquem, & non potest probare crimen, fit infamis, nec admittitur ad accusandum. GLOS. Post sententiam.

CAP. *Calumniator*. Calumniator deficiens in accusatione puniatur pœna talionis. GLOS. Fallit in sex casibus.

CAP. *Qui non*. Qui non probauerit quod obiecit, pœna, quam intulit ipse puniatur.

6 CAP. *Si quis Episcopum*. Qui Episcopum, presbyterum, diaconum falso crimine accusat, & non probat, nec ei communio danda in fine. GLOS. Nisi resipiscat.

CAP. *Si quis iratus*. Qui conuicium temere alicui ex iracundia dicit, & deinde non vult illud probare, nec scribere, non dicitur accusare, nec vt reus criminis ad pœnam talionis puniendus; si vero vult probare, scribat hoc, & ad pœnam talionis. GLOS. Licet non teneatur pro accusatione, saltem tenetur pro iniuria. Item ira rescindit contractum, quod probauit, & non iterauit. GRAT. Qui non potest probare crimen illatum, punitur pœna talionis; qui deceptus promissione accusationem deseruit, parcitur ei.

7 CAP. *Paulum*. Qui ob promissionem accusationem deserit, parcitur ei: qui accusat, scribat se probaturum ad pœnam talionis. GLOS. Promissione, non pecunia, sed testium, qui promiserunt. Item remittitur culpa, non infamia. Item abolitionem quis potest petere.

CAP. *Euphemium*. Qui accusat, v.g. Episcopum, & vt ab accusatione desistat, ordinatur, priuatur vsu ordinum. GLOS. Infamia irrogata per ciuilem iudicem non tollitur à Papa, sed à iudice ciuiliter. Item in matrimonio leges sequuntur ius canonicum; & sic vidua nubens intra tempus luctus non est infamis. Item Episcopus potest tollere infamiam in omni crimine, in quo potest dispensare. GRAT. Aliud est cum quis pœnitet accusasse innocentem criminaliter, & desistit, & absoluitur ab innocente; aliud si accipit pecuniam à nocente, & desistit.

8 CAP. *Si quem*. Liberatur si quem pœniteat accusasse innocentem, & inuicem se absoluunt auctoritate iudicis; sed si per pecuniam nocentis, punitur. GRAT. Calumniari est falsa crimina intendere, præuaricari est vera crimina abscondere, tergiuersari vniuersum ab accusatione desistere. Quomodo cognoscentur hæc tria, & quæ pœna puniendi. GLOS. Iudex in multis casibus potest arctare, vel ampliare pœnam, vt ex causa, & persona, & ætate, & ratione scandali. Item secundum canones non licet transigere in aliquo crimine, quia secundum canones nullum crimen irrogat pœnam sanguinis. *cap. his à quibus, 23. q. 8.*

QVÆ-

QVÆSTIO V.

Nota. Ponitur ante Quartam, quia similis Tertiæ.

9 AN deficientibus accusatoribus reus sit cogendus se purgare. GRAT. Videtur non, quia sicut rei possessor deficiente actore non cogitur probare titulum suæ possessionis, nec reus suam innocentiam. GLOS. Nisi laboret infamia probabili.

CAP. *Sacramentum.* Iuramentum à sacerdote non exigendum, nisi pro fide recta. GLOS. Prohibet iuramentum incautum, secus iurant in multis.

CAP. *Nos sanctorum.* CAP. *Nos sacramentum.* Prohibet incauta iuramenta fieri, nec Episcopis offerendum iuramentum.

CAP. *Si quis presbyter.* Si laicus agit contra presbyterum, vel presbyter contra laicum, Episcopus terminet quæstionem, & laicus se purget per iuramentum; sed presbyter interrogatur per sanctam consecrationem, & non iuret, quia non conuenit. GLOS. Hic actor non sequitur forum rei laici, vel quia ita erat consuetudo in aliqua prouincia, vel tunc omnes causæ decernebantur ab ecclesia. Item sufficit si presbyter iuret per salutem, vel per aliquid aliud, vel sub pœna ordinis, vel beneficij, & si erat falsum, est puniendus. *c. cum dilectus, de elect.* GRAT. Sacerdotibus prohibetur tantum incauta iuramenta, & quæ in iudicio sæculari pro qualibet causa offeruntur: sed si essent à populo infamati, possent se purgare iuramentis.

10 CAP. *Presbyter.* Sacerdos infamatus, si non habet alios testes, iuret pro sua innocentia, & vocet Deum testem.

CAP. *Habet hoc.* Diabolus, quos sacerdotes non potest superare infamat per populum; sed ipsi se purgent iuramento, & sic honorentur. GLOS. Semel absolutus etiam per purgationem non potest ab aliquo accusari in eo crimine, nisi ab eo, qui prosequitur suam iniuriam, & dicit se ignorasse accusationem, & cum vult probare de præuaricatione accusationis. Item potest inquiri contra volentem se purgare, & quando.

fol. 27.

1 CAP. *Mennam vero.* Sacerdos accusatus purgatur iuramento, & prohibetur vulgaris purgatio, idest feruentis, vel frigidæ aquæ, vel igniti ferri, vel cuiuslibet inuentionis popularis. Item idem sacerdos cogitur iterum se purgare coram muliere. GLOS. Papa nimium papaliter dispensauit. Item non accusatus si se purgat, post accusationem iterum se purget, vel si eo absente.

2 CAP. *Quanto.* Iubet purgare Episcopum, & eum consolari, quia humiliatis, & pœnitentibus non debet negari locus veniæ. GLOS. Si mittantur litteræ, vt quis absoluatur, & antea moritur, est mortuus absoluendus. Item si quis absens excommunicetur, statim est excommunicatus antequam sciat, excommunicatio statim trahit secum suam executionem. *c. pastoralis de appellat.* sed non punitur si communicet antequam sciat.

CAP. *Qua de causa.* Mandat purgari Episcopum de infamia, & post si excommunicatus celebrasset dispensat, & quicquid egerit cum illo ratum habebit Papa. GLOS. Legatus Papæ generalis omnia potest, nisi ea, quæ sunt reseruata Papæ. *c. nuper, de sentent. excomm.* An possit dispensare, est dubium.

3 CAP. *Mandastis.* Papa Sixtus se purgauit sponte de suspicione, non tamen ex hoc dedit formam, vel exemplum idem faciendi si nolint.

CAP. *Super causa.* Si presbyter accusatur de morte Episcopi, & accusatores

tores deficiunt, se purget, & omnia ei restituantur. GLOS. Non tamen fructus, nisi in sententia exprimatur.

CAP. *Si legimi.* Sacerdos si accusatores non probant crimen, ipse cum septem eiusdem sui ordinis se purget, diaconus cum tribus.

CAP. *Presbyter.* Si curatus sit infamatus à sua plebe, & Episcopus hoc probare nō potest, eum suspendat donec cum septem se purget. GLOS. Suspenditur propter scandalum, non tamen est priuandus beneficio, nisi secundum ordinem iuris. Item infamatus de crimine non statim est suspendendus, sed prius inquiratur, idest Episcopus præfigat certum tempus volentibus accusare: si non apparent, inquirat, & si est conuictus, puniatur; si non est conuictus, & mala fama durat, primo illud seorsum admoneat, postea coràm testibus, tertio suspendat.

CAP. *Si mala fama.* Infamatus si testes deficiunt se purget coràm compurgatoribus. GLOS. Qui dicūtur esse bonæ opinionis, & nolunt peierare. 4

CAP. *Quoties.* Deficientibus accusatoribus Episcopus accusatus se purget coràm certis personis canonice, (ibi datur forma,) & compurgatores iurent. GRAT. Prædicta de purgatione intelliguntur, si accusatus se purgare noluerit, quia ius non cogit, sed solum dat modum.

CAP. *Auditum est.* Leo III. se purgat à sceleribus, quæ contra ipsum dicebantur, & hoc sponte, nec vult imponere successoribus, & Episcopis vt se purgent. GLOS. Licet purgatio ex dictis videatur voluntaria, & non ex sententia, vel arbitrio iudicis, tamen oppositum inferius probat. 5

CAP. *Omnibus vobis.* Sacerdos si à legitimo accusatore conuincitur, puniatur canonice; si accusator deficit, puniatur de calumnia, & sacerdos si remanet infamatus se purget coràm 3. vel 7. vel pluribus sacerdotibus. Item accusator sacerdotis quis esse debeat, vide in canonibus. GRAT. Purgatio candentis ferri, vel feruentis aquæ non est adijcienda.

CAP. *Consuluisti.* Canones non censent parentes, qui filios oppresserunt esse purgandos candenti ferro, vel aqua feruenti, est enim superstitiosa præsumptio, sed delicta ab ecclesia sunt iudicanda, si sponte à confessione, vel testium probatione publicentur; occulta, & incognita relinquuntur Deo. Item parentes in lecto suffocantes sunt puniendi, vt homicidæ, sed moderate: GLOS. Occidens hominem, licet noluerit nocere, si fuit in culpa licet leuissima, punitur lege Aquila. Item culpa est quod à diligenti potuit præuideri, & non est præuisum: tenetur etiam quantum ad Deum, & non punitur ratione homicidij, sed ratione negligentiæ, idest minori pœna ab ecclesia: Item de iure communi omnia intelliguntur concessa, quæ non inueniuntur prohibita. *de sentent. excomm. c. nuper.* Item qui procurat venena sterilitatis dicitur homicida. *c. si quis, de homicid.* GRAT. An in iure canonico prohibeatur solum purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis, est dubium, an alia, vt aqua amara pro adultera.

CAP. *In libro namque Numerorum.* Ponitur purgatio zelotipiæ cum aqua amara, quam vide in libro Numerorum c. 5. 6

CAP. *Monomachiam.* Singulare certamen inter duos, idest duellum prohibetur, nec in Scripturis reperitur, quia est tentare Deum. GLOS. Quod Dauid instinctu Spiritus sancti fecit cū Goliat, non est trahendum in exemplum, nec est arguendum ab exemplis. Item duellantes non communicandi, quia in peccato mortali. GRAT. Vulgaris purgatio potest fieri.

CAP.

7 CAP. *Sæpe contingit*. In monasterijs quando furtum committitur, & fures ignorantur, si fratres debent se purgare, dicta Missa dum cõmunicant dicant, Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie. GLOS. Huic capitulo est derogatum, quia suspectis non danda Eucharistia. *c. cum dilect. de purgat.*

CAP. *Interrogatum*. Si duo inculpantur de adulterio, si vnus fatetur agat dignam pœnitentiam; si alter negat, purget se. GLOS. Candenti ferro. Item confessio vnius non nocet alteri quantum ad condemnationem, sed nocet quantum ad præsumptionem. *c. significasti, de adult.*

CAP. *Statuit*. Quando duo accusantur de adulterio, & negant, & orant, vt vnus pro ambobus purgetur: si cadit, ambo habentur rei.

CAP. *Si Episcopo*. Si Episcopus, vel presbyter accusatur de criminibus, pro singulis faciat sacrum, & communicet, & de imputatis ostendat se innocentem, & si non fecerit sit suspensus per quinquennium. GLOS. Hodie ista capitula, vt faciunt ad propositum Gratiani, sunt abrogata. Item hodie hoc de simonia.

QVÆSTIO IV.

8 AN duorum testimonio sit quis condemnandus. GRAT. Affirmat cum locis Scripturæ: aliquando vnus sufficit, vt vbi nulli fit præiudicium in causa denunciationis, vel ad impediendum matrimonium, & ad faciendam præsumptionem: aliquando requiruntur plures duobus, vt tres in depositione pecuniæ: quinque, si contractus excedit libram: quinque in codicillis, & in donatione causa mortis.

CAP. *Placuit*. Qui accusat aliquem clericum de fornicatione, & non probat duobus, vel tribus testibus, punitur pœna talionis, idest excommunicationis. GRAT. Licet quis duobus testibus conuincatur, tamen fallit in Episcopo.

9 CAP. *Præsul*. Episcopus Cardinalis non damnabitur nisi cum lxxij. testibus: Papa à nemine iudicatur, presbyter Cardinalis cum xliv. diaconus Cardinalis cum xxvij. reliqui inferiores cum vij. & testes, ac accusatores sint sine aliqua infamia.

CAP. *Nullam damnationem*. Si Episcopus accusatur de crimine, xij. Episcopi debent causam cognoscere, & sint lxxij. testes, & testes sint tales, qui accusare possint: & si Episcopus vult audiri à Romano Pontifice, nullus eum iudicet. GLOS. Intelligitur quando Papa committit causam Romani clerici. Item testes debent iurare, scilicet primo dicere veritatem, secundo etiam pro vtraque parte, tertio non admisceant falsitatem, quarto sine passione, quinto quid sentiant de re etiam non interrogati.

QVÆSTIO VI.

DE remedio causæ vitiatæ, & an sit dandum ei, qui causa dilationis appellauit.

10 CAP. *Liceat*. Causa vitiata remedio appellationis subleuatur. GLOS. Appellatio est prouocatio iniquæ sententiæ querelam continens. Item appellatur etiam in his, quæ aguntur extra iudicium, vt in electione. *c. constitutus, de appellat.* Item in causa criminali quilibet appellat etiam inuito reo. Item

ad quem

ad quem sit appellandum? Resp. A minori ad maiorem gradatim, sed ad Papam potest immediate appellari: Hoc in iudicijs ordinarijs. In Delegatis, si ipsi alijs causam commiserant cum tota iurisdictione, appellatur ad primum delegantem: si non causa est delegata, appellatur ad secundum. *c. super, q. de officio delegati*. Item iudice sedente pro tribunali appellatur viua voce, sed extra iudicium in libello tantum: sed hodie seruatur *c. cordi, de appell. in sexto*. Item quando appellatur; Resp. secundum leges post definitiuam sententiam, nisi in casibus quinque. *cap. non ita, eod.* & *c. super eod. de appellat.* secundum canones ante, & post litem contestatam, sed debet assignari causa appellationis. *c. vt debitus.* & *c. cum sit Romana, de appellat.* Item secundum canones appellatur quoties iudex inuenitur, secundum leges bis tantum post definitiuam sententiam. Item sententia in materia matrimonij non transit in rem judicatam. *c. lator, de sent.* Item appellatur vsque ad x. dies continuos. *c. anteriorem, ead.* Item appellanti datur tẽpus prosequendi annus, vel biennium, potest tamen iudex abbreuiare. Item appellatione pendente nihil innouandum. *c. appellatione, ead.* nisi appellans sit suspectus, vel depopulator. *c. quoties, ead.* In causa criminali reus custoditur, vel si est suspectus, det fideiussorem. Idem iudex det libellos dimissorios. Item iudex, ad quem, si appellatur à sententia, infirmabit, vel confirmabit sententiam secundum priores allegationes, potest tamen nouas allegationes audire. Item quando non est necesse appellare, *eod. §. diffinitiua*. Item in multis casibus inhibetur, seu non admittitur appellatio, vt à Principe, vel Præfecto Prætorio non appellatur, nec propter sceleris magnitudinem, nec in momentanea possessione secundum leges, sed secundum canones sic, nec in re, quæ non capit dilationem. Item appellatio non retardat sententiam, nisi ad tempus. Item nec appellatur à sententia maioris partis capituli. Item contumax non appellat. *c. de illicita. 24. q. 3.* Item ab executore non appellatur.

fol. 28. 1

CAP. *Appellantem*. Appellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia. 2

CAP. *Omnis oppressus*. Oppressus appellare potest ad iudicium sacerdotum; si causæ sint difficiles, vel maiora negotia, appelletur ad Episcopum, & si ibi non possunt dignosci, vel terminari, ad congregationem prouinciæ, & negotia ecclesiastica iudicentur coràm Patriarcha, secularia coràm Patritio. GLOS. Non ab officiali, sed à minori Prælato appellatur ad Episcopum libere, si ante, siue post sententiam, mox ad Metropolitanum, mox ad Concilium. Item vacante Imperio potest appellari à seculari iudice ad Papam. Item ad ecclesiasticum quando iudex laicus non vult facere iustitiam, vt eum corrigat sub excommunicatione, vel si est suspectus, vel decesserit, vel est quærelatus.

CAP. *Si quis vestrum*. CAP. *Omnes Episcopi*. CAP. *Ad Romanam*. CAP. *Si quis putauerit*. CAP. *Ad Romanam*. Omnes præsertim oppressi possunt appellare, & recurrere ad Romanam Ecclesiam, vt matrem alijs prætermissis, non sic de alijs. GLOS. Etiam de simplici Legato. Item an quotiescunque, vel bis tantum à definitiua, (vide.) Item hodie inhibetur appellare ante sententiam. *c. vt debitus, de appellat.* cum ipso iure sit inhibita appellatio, quid prodest clausula remota appellatione. 3

CAP. *Placuit*. Non negetur audientia appellanti à iudice ecclesiastico minori ad maiorem.

CAP. *Ideo huic*. Ecclesiæ Romanæ priuilegia sunt concessa, vt oppressi iniuste subleuentur, & alij non damnentur. GLOS. Solus Papa potest restituere clericum depositum, seu solemniter degradatum, sed potest Episcopus, si solo verbo. GRAT. Disputat an frustratoria appellatio sit admittenda, sed certa solutio, quod non.

4 CAP. *Decreto nostro*. Accusatus appellans ad Sedem Apostolicam audiatur, & eius causa terminetur saltem à Legato, & interim nil iudicetur contra eum: qui contra fecerit, puniatur, quia reliqui vocati sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

CAP. *Quis se*. Ecclesia Romana vocauit aliàs in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Ideo ad eam potest appellari ab Episcopis, & maiora negotia ei reseruantur; & qui contra hoc fecerit, deponatur.

CAP. *Arguta*. Idem, & punit contra facientes, vt seruant priuilegia Sedis Apostolicæ.

CAP. *Qui scit*. Qui præest alijs, & habet superiorẽ, sicut vult obediri à subditis, ita & ipse obediat suo superiori. GLOS. Quilibet potest appellare, sed si appellat causa frustratoriæ dilationis, iudex appellationis eũ condẽnet. Itẽ quilibet quoties se senserit aggrauatũ, potest appellare siue ante, siue post sententiã.

5 CAP. *Si quis putauerit*. Aggrauatus à Metropolitano appellet ad Primatem, vel ad Papam.

CAP. *Quoties Episcopi*. Episcopus grauatus, vel habens suspectos, appellet ad Papam, & interim nullus eum molestet, nec excommunicet; si secus, factum est irritum. GLOS. Iudex suspectus dupliciter deferitur, per appellationem, vel per recusationem, & in hoc debet probare causam. Item potest appellari facto, vel verbo. Item appellans si excommunicetur, potest ad cautelam petere absolutionem, & si appellatio non tenet, potest post appellationem excommunicari. GRAT. Oppressi, & putantes se grauari dicuntur ante sententiam, iniuste damnati post sententiam.

6 CAP. *Non ita*. In negotijs secularibus qui vocatus venit, & cœpit in foro decertare, non potest recedere ante peractam causam. In ecclesiasticis potest, si putat se grauari. GLOS. Hodie ante sententiam non, nisi sit euidens causa. *c. debitus, de consi.* Item causa appellationis dicitur coràm iudice à quo, sed probatur ad quem. An causa appellationis sit assignanda.

CAP. *Quisquis*. Qui ex contumacia non obedit iudici, excommunicetur ab Episcopo. GLOS. Ideſt quando Episcopus debet exequi sententiam Delegati, vel Subdelegati.

CAP. *Liceat*. In criminalibus licet appellare. GLOS. Immo potius quàm in ciuili. CAP. *Si quis*. Contra iudicem auersum appellet. GLOS. Post sententiam potest quis appellare intra quinque dies, & intra quinque à quo literas dimissorias accipere, & intra quinque iter arripere. Item hodie intra decem dies ex Iustino.

7 CAP. *Propter superfluam*. Post sententiam infra quinque dies appellatur, quinque literæ, quinque iter. GLOS. Hodie x. CAP. *Habita*. Dieta est xx. milliarum.

CAP. *Ab eo*. Apostoli intra quinque dies sumuntur, vel decidat. GLOS. Hodie xxx.

CAP. *Quicumque*. Frustratoria appellatio non admittitur, vt causa differendæ, vel si est confessus. GLOS. Nisi velit probare errorem.

CAP.

CAP. *Quoties post.* Si possessor appellat, fructus rei pendente causa sequestrentur; si actor vero, non, quia nihil possidet. Item sequestrentur pensiones, mercedes, vecturæ, &c. animaliũ. GLOS. Hodie non, nisi dilapidentur.

CAP. *Omnino.* Iniuste appellans, soluat aduersario sumptus quadruplos. GLOS. Simplos, vel forte duplos. GRAT. Diximus post quinque, sed Iustinus decreuit intra decem dies appellandum.

CAP. *Anteriorum.* Appellandum est intra decem dies, & semper ad superiorem. GLOS. Dies, in quo appellatur, computatur intra decem. Item 8
iudex potest expectare diu.

CAP. *Biduum.* Quando appellandum sit primo, vel secundo die, qua hora spirat tempus appellandi, vel cõparendi, sententia sub cõditione quando tenet.

CAP. *Non solent.* Non possunt appellare nisi is, cuius interest, vel de mandato eius, vel procurator, vel si mox ratum habet, vel Magister. Item ante sententiam potest appellari, si iudex in ciuili negotio quæstionem interpellat; si in criminali, si facit contra leges. Item non potest appellare qui dicit se expectare responsum Principis super libellum porrectum.

CAP. *Post appellationem.* Iudex à quo det appellanti literas dimissorias,
seu Apostolicas continentes illum appellasse, & si non vult dare, instanter in- 9
stet, & ei non nocebit. Item si quis condemnatus ob plura facinora, & appellet propter aliqua, si reliquit grauiora, est ob hæc puniendus à iudice à quo; si leuiora, non est puniendus. GLOS. Iudex debet dare literas etiam si appellationem non recipit, immo offerre non petenti. Item in intra xxx. dies non petit literas, videtur renunciasse, & non audiendus. Item puniendus, etiamsi reliquit crimina æqualia. GRAT. Formas appellandi varias po-
nit ibi, & facienda in scriptis. 10

CAP. *Catholicus.* Appellans, vel committens suam causam iudici infideli, est excommunicandus. GLOS. Nisi sit sub Rege infideli.

CAP. *A Iudicibus.* Quos communis consensus eligit, ab his non licet prouocare. GLOS. Non licet propter iniquitatem personæ, sed licet à senten-
tia iniqua. Item ab arbitris non licet appellare, sed potest per exceptionem fol. 29.
retractari sententia. GRAT. Iudicum alij sunt ordinarij, alij arbitrarij, qui
nullam habent potestatem, sed à partibus eliguntur: & horum aliqui sunt or- 1
dinarij, & arbitrarij, vt quando iudices eliguntur arbitri, & ab his licet appellare ratione dignitatis; alij tantũ sunt arbitri, & ab his non licet. GLOS. Ordinarius potest amicabiliter componere de ea re, de qua est iudex, sed non potest in se recipere arbitrium secundum aliquos, sed secundum canones, & Ordinarius, & Delegatus potest esse arbiter. Item à sententia arbitri, licet non possit appellari, potest supplicari.

CAP. *Sane.* Si partes eligunt tres iudices, & vnus tantum pronuntiat etiam de mandato aliorum, possunt appellare.

CAP. *Placuit.* Si clerici conquerantur de Episcopo in causa sua, vicini Episcopi illos audiant de consensu Episcopi, & ab his non appellent, nisi ad
Papam. GRAT. Qui appellauit, non debet remitti ad eum, à quo appellauit. 2

CAP. *Si quis.* Causa illius, qui appellauit non est committenda iudici à quo, sed alijs propinquis. GLOS. Nisi partes illud petant; vel appellatio sit frustratoria. GRAT. Ab arbitrarijs non potest appellari; ipsi enim imputetur, qui tales eligit. Item si iudex retractet sententiam, non nocet iudici, nisi iniuste iudicauerit.

CAP. *Hoc etiam*. Si per appellationem sententia reuocatur, iudex sententiæ non punietur, si non conuincitur iniquo animo, vel cupiditate iudicasse. GLOS. Non nocet nisi quantum ad hoc, quod in alijs causis potest suspectus recusari. Item contra officialem non præsumitur nisi conuincatur. Item male iudicans ex imprudentia punitur arbitrarie. Si ex dolo, gratia, odio, pecunia, est infamis, & punitur secundum veram litis æstimationem. GRAT. Iudex à quo non potest esse testis in causa, ob quam appellatur.

3 CAP. *Statutum*. Qui fuit iudex, vel cognitor causæ, non potest esse testis in eadem causa. Item clericus non potest cōpelli ad testificandū. GLOS. Tamen creditur instrumento de actis ab eo, & dicto suo. Item nec aduocatus, vel assessor potest testificari, possunt tamen instruere iudicem. Item clerici non coguntur ad testimonium, sicut nec alia officia publica, quia non de facili debent iurare: sed si aliter veritas cognosci non potest, possunt per Episcopum cogi. Idē si gratia, vel odio, amore, vel timore se subtrahāt. GRAT. Non licet tertio appellare in eadem causa.

4 CAP. *Si autem*. Non licet tertio prouocare, possunt tamen de communi consensu eligere iudicem. GRAT. Non licet in eadem causa tertio prouocare. Item appellans in causa criminali, agat causam suam per se ipsum, non per procuratorem.

CAP. *Si quando*. In causa status, vel criminali appellans agat per se, non per procuratorem. GLOS. Filius pro patre, & è contra, potest etiam inuitis. Item fallit in crimine iniuriarum. Item potest se excusare conuictus per procuratorem, & etiam in leuibus, & excipere, vel si agat ad pœnam pecuniariam, licet infametur. Item in crimine suspecti, si accusat de ingratitudine in actione populari. Item per Nuntium, vel si causa non est pure criminalis. Item per socium litis. GRAT. Tempus prosequendi appellationem est annus, & ex causa biennium.

5 CAP. *Fi, qui*. Appellans prosequatur litem intra annum, vel ex iusta causa biennium, quo transacto lite non completa, rata sit sententia: si vero appellans non prosequatur, contrarius agat corām iudice, vt quæratur reus; & siue compareat, siue non, procedatur in causa, & soluat expensas. GRAT. Appellans etiam post acceptos libellos potest renuntiare appellationi. Item nominatio ad dignitatem sine consilio publico non valet, nec est opus appellare. Item sententia siue diffinitiua, quæ condemnationem, vel liberationem non continet, vel extra solitum ordinem iudicij, vel contra res prius iudicatas, vel contra ius scriptum, non valet, nec est opus appellare, secus si est contra ius litigatoris. Item si sint dati plures iudices, & vnus iudicat, non valet sententia, nec si mulctant contra ius tenent, nec valent venales sententiæ, nec electio inhabilis. Item contumax non potest appellare, sic homicida, veneficus, maleficus, adulter, raptor, publicus fur, conuictus testibus, confessus non potest appellare, sic officialis Præsidis in causa criminali. Item dum exigitur tributum clarum, vel eius ratio, non potest appellari, nec à decimis. Item ab executione sententiæ, si multum non excedat, vel ne aperiatur testamentum, vel hæres scriptus mittatur in possessionem, non appellatur. Item postquam est pronunciatus, vt quis mittatur in possessionem, non potest appellari. Item quando multi vna sententia sunt condemnati, & vnus appellat, & obtinet, prodest omnibus, secus si ætatis auxilio. Item iudex re-

dex recipiat appellationem, & intra xxx. dies det acta. Idem faciat arbitrer delegatus, & quando res ita poscit, potest appellari voce, siue scripto. Item iudex ad quem non debet recurrere ad iudicem à quo, vt cognoscat de appellatione: lege hæc in 7. lib. Codicis à *tit. de appellat.*

QVAESTIO VII.

AN laici, monachi, & clerici inferiores in accusatione maiorum, vt Episcoporum sint audiendi. Resp. non nisi. GRAT. & GLOS. Laicus suam iniuriam prosequendo, & in crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis, sacrilegij, dilapidationis, si tamen bono zelo, & ille sit suspectæ vitæ, & intellige de solemni accusatione, quia omnes possunt denunciare. 6

CAP. *Non est à plebe*. Episcopus non est arguendus, vel accusandus à vulgaribus hominibus, quia falso sæpe, vel pro demeritis subditorũ datur à Deo.

CAP. *Nullus*. Laicus non inferat crimen clerico. GLOS. Nec moniali.

CAP. *Laico*. Non licet laico accusare clericum.

CAP. *In sancta*. Excommunicatus, vel laicus clericum non accusent, quia sunt minores, & hic portat onera omnium, & gerit vices Petri.

CAP. *Laicos*. Laici non accusent Episcopum, quia differunt in moribus, & sunt infesti, & quia nolunt recipere accusationes huius. GLOS. Laicus potest accusare clericum coram iudice clerico, dum prosequitur suam iniuriam. An è contra, videtur non.

CAP. *Sicut*. Sicut clerici excluduntur ab accusatione laicorum, sic contra. CAP. *Decretum*. Presbyteri possunt accusare suos plebeios. 7

CAP. *Sacerdotes*. Omnes debent suos Episcopos diligere, etiam si sint mali, nisi errent in fide. GLOS. Tunc possunt ab eis recedere: idem si sint excommunicati, simoniaci, notorij fornicarij, vel si non seruant canones *. Nota hoc est singulare, vide *c. finale. de temp. ordin.*

CAP. *Qualis*. Qui peccant in patres digni sunt condemnatione.

GLOS. Clerici inferioris ordinis nõ admittuntur ad accusationẽ superiorũ.

CAP. *Clericus*. Qui est in minori ordine non valet accusare, vel testificari contra eum, qui est in maiori, vt clericus contra exorcistam. GLOS. Idest clericus infamis, vel irregularis non potest. GRAT. Et qui volunt solum reprehendere, non imitari. 8

CAP. *Maiorum*. CAP. *Sententia*. CAP. *Oues*. Idem. CAP. *Laici*. Idem, vt Episcopus non accusandus, nisi ab idoneis, & probatissimis iuris post secretam admonitionem; si secus, excommunicentur. CAP. *Accusatio* Sacerdotes nõ nisi à viris idoneis, & probatis accusari possunt. CAP. *Si quis*. Idem.

CAP. *Si qui sunt*. Accusatores Episcoporum, vel sacerdotum non audiantur nisi prius discutiantur qua intentione, vel animo accusant.

CAP. *Quærendum est*. Idem, & quæratur etiam de fama accusati.

CAP. *Accusatio*. Accusatio contra Episcopum non suscipiatur, nisi cum duobus, vel tribus testibus.

CAP. *Si quis*. Pro sola conuersione Episcopi non submoueatur aliquis à communione. 9

CAP. *Sunt nonnulli*. Aliqui statim reprehendunt Prælatos, si sint sibi, vel parum, molesti. GRAT. Ex superioribus non omnes, sed tantum criminosi prohibentur accusare Prælatos, vt infra.

10 CAP. *Præsumunt*. Tantum criminosi non possunt accusare Prælatos. CAP. *Alterum*. Infames, vt hæretici accusare non possunt. CAP. *Non potest*. Apostata à fide accusare non potest, quia est infidelis Deo. CAP. *Pagani*. Pagani, hæretici, Iudæi non possunt christianos accusare.

fol. 30. CAP. *Si hæreticus*. Contra hæreticum potest esse testis hæreticus, contra catholicum non; sed pro catholico contra hæreticum potest. GRAT. Hæ-
1 reticus potest accusari à flagitiosissimo catholico de hæresi, non de alijs. Item pastores sunt tolerandi à criminosis, vel si probare non possunt.

CAP. *Plerunque*. Mali sunt tolerandi, quando crimen probari non potest. GLOS. Subditi secretò, & pacificè suos Prælatos redarguant, non publicè, nisi in publicis.

CAP. *Paulus dicit*. Seniores, vt Episcopi, si boni sint, non sunt increpandi; si vero malo exemplo alios seducunt, sunt increpandi.

CAP. *Non omnes*. Non dignitas, sed vita facit bonum Episcopum. CAP. *Secuti sunt*. Sæpe docti ab indoctis, & clerici à laicis reprehenduntur. GRAT. Non obstante auctoritate, & officio, mali Prælati debent accusari, quia qui facit peccatum, seruus est peccati.

2 CAP. *Qui nec*. Qui curat regimen, & se, ac subditos non corrigit, non Episcopus, sed canis impudicus est dicendus. GRAT. Qui Episcopos se maiores bonos accusant, sunt infames; qui malos, sunt laudabiles, quia sunt vita maiores, licet non dignitate.

CAP. *Paulus*. Paulus Petrum reprehendit, quia sciebat se non imparem. GLOS. Meritis, non officio, quia in hoc solus Petrus habet primas inter Apostolos. Item Episcopus est maior presbytero Cardinali, idest dignitate respectu ordinis Episcopalis, sed Cardinales habent maius officium.

CAP. *Quamquam*. Aliquando presbyter est maior Episcopo in vita, & sanctitate. CAP. *Puto*. Tamen Episcopus semper est maior dignitate, & sic Concilia vniuersalia sunt digniora.

CAP. *Quæritur*. Filius æquatur, & præponitur patri, non in honore, sed in veritate, & virtutibus.

CAP. *Beati*. Petrus, & Paulus sunt æquales in meritis, passione, deuotione: ideo vno die, eodemq. loco, & tyranno passi. GRAT. Qui esse sacerdotes non possunt, vt solemniter pœnitentes, bigami, illos accusare non possunt, nec testificari contra eos. GLOS. Possunt tamen redarguere occulte, & pacifice.

3 CAP. *Ipsi Apostoli*. Qui sacerdotes non sunt, nec esse possunt, non possunt sacerdotes accusare, nec in eos testificari. GLOS. Non possunt in criminali, sed possunt in ciuili. *c. tàm literis, de testib.* Item accusatio, testimonium, ordo pari passu ambulant, dummodo criminaliter agatur, non si agatur ciuiliter, & crimen, quod testi obijcitur est occultum, potest, quia præsumitur egisse pœnitentiam, quia occultum in meliorem partem interpretamur. *c. ex tuorum, de sortilegijs*. & *c. estote, de regulis iuris*. Item irregularis non potest accusare, vel testificari contra sacerdotem. CAP. *Testes*. Idem, quod supra. GRAT. Licet criminosi non sint admittendi, tamen Prælatus ex humilitate potest eos admittere contra se, vel quando agitur de fide.

4 CAP. *Petrus potestatem*. Petrus querelæ, cur intrasset ad gentes, respondit, non ex potestate officij, sed ex ratione diuinæ virtutis humiliter.

CAP. *Nos, si incompetenter*. Papa Nicolaus proponit Imperatori, vt mandet

inquiri

inquiri contra ipsum: & si quid commisit contra subditos, proponit emendationem. GRAT. Licet subditi digni possint reprehendere de occultis, & probat multis.

CAP. *Si quis.* CAP. *Paulus.* CAP. *Lator.* CAP. *Metropolitanũ.* CAP. *Sicut.* CAP. *Quapropter.* CAP. *Si quid.* CAP. *Clericos.* CAP. *Si quis.* CAP. *Sacerdotes.* CAP. *Criminationes.* Subditi digni non criminosi possunt accusare Episcopos, sed debent probare apud Papam. 5

CAP. *Placuit.* Qui mortui sunt actibus humanis, non possunt accusare sacerdotes. GLOS. Idest monachi, vel infames.

CAP. *Nullus monachus.* Monachus non præsumit accusare aliquem, vel turbare negotia secularia, vel ecclesiastica. GRAT. Monachi non possunt accusare ex præsumptione, sed possunt ex charitate, vnde ipsi, vt clerici, sunt cubicularij Episcopi, vt possint esse testes vitæ Episcopi. *c.pastoris, ead.*

CAP. *Negligere.* Si non deuias malum Prælati, cum possis, idest commode, foues, & videris particeps. 6

CAP. *Sancta.* Sancta rusticitas sibi soli prodest, & sicut ædificat merito, sic nocet si non resistit malis.

CAP. *Admonendi.* Subditi non debent obedire in malis, quia in hoc non sunt subditi.

CAP. *Cum pastoris.* Episcopus habeat cubicularios clericos, vel monachos, qui sint testes suæ vitæ, & non pueros laicos. GLOS. Monachi possunt accusare Episcopos, & alios de licentia Abbatis, sed Abbatem sine licentia eius, & expensis monasterij. Item Episcopus habebit cubicularios duos sacerdotes, & tres diaconos. *c.iubemus, de consec. dist. 1.* Item Episcopus potest accipere monachum contradicente Abbate, nisi monasterium sit exemptum, & monachi perfecti exeunt, vt ædificent.

CAP. *Peruenit.* Episcopus habeat suos familiares bonos, & honestos, non prauos, & scandalosos, vel reprehensibiles. 7

CAP. *Episcopi.* Episcopus vacet lectioni, & orationi, & habeat secum familiares boni testimonij, vt inueniatur irreprehensibilis.

QVAESTIO VIII.

AN accusatio facienda sit in scriptis, vel non. CAP. *Accusatorum.* CAP. *Sciant.* CAP. *Quisquis.* CAP. *Qui crimen.* CAP. *Per scripta.* Accusator sit præsens cum accusat, & accuset in scriptis, non absens per epistolam, & accusatio fiat idoneis testibus, documentis, & inditijs, & ad pœnam talionis. GLOS. In sex casibus non inscribitur: in leui crimine, si mulier accuset, si officium denuntiat crimen alterius, vel per modum exceptionis. Item pœna denunciati modica, idest conuictum pœniteat de crimine, nec remouetur à dignitate, vel ordine, nisi pro qualitate delicti, vt simonia, vel si est scandalum. Item inscriptio est necessaria in accusatione, non in denuntiatione, & inquisitione. Item minus punitur constitutus in dignitate, quam alter. Item ordinem procedendi in accusationibus vide ibi, &c. 8

Causa tertia, De restitutione spoliatorum, habet Quaestiones vndecim.

QVÆSTIO PRIMA.

9 AN quibuslibet spoliatis sit danda restitutio. GLOS. Spoliatus non à iudice, vel si à iudice, non tamen iuridice, est statim restituendus non obstante excommunicatione criminis, &c. Fallit tamen quando est intrusio ad Papatum violenter, dilapidatio, criminis simonia, infamia, & euidentia criminis, contumacia, scandalum, fornicatio notoria, cum in continenti deiecit, cum spoliatio probatur in modum exceptionis, cum spoliator in continenti vult probare exeeptionem, cum à muliere obijcitur sæuitia viri, exceptio rei, vel iuris iurandi, vel pact, si possedit sub conditione, vel ex gratia, vel precario, vel vt colonus. Item quatuor sunt auxilia, quibus petitur restitutio, actio, interdictum, condictio ex canone, iudicis officium.

CAP. *Episcopis.* CAP. *Redintegranda.* Spoliatis, & eiectis omnia restituenda antequam quid contra eos dicat. GLOS. Nullum crimen potest eis obijci à quocunque, pro quo fuerunt spoliati, & nec ob hoc aliud à spoliatore, sed post restitutionem potest ciuiliter. Item si spoliatus velit agere potest contra spoliatorem, sed potest conueniri ab eo de alio spolio. Vide *c. frequens. de restit. spoliat. in 6.* GRAT. Non sufficit sententia restitutionis, nisi actu mittatur in possessionem corporaliter, vel per procuratorem, & res re-
10 ponantur in loco vbi erant. GLOS. In extortis per vim, aget contra deiectorem infra annum in quadruplum, post annum in simplum, si per metum contra omnem possessorem, in quartum per annum.

CAP. *Nulli dubium.* Sacerdos, qui se subtrahit à fratrum obsequijs, & solatio, est schismaticus: & si persequitur sacerdotes, crucifigit Christum. Item sacerdotes peccata populi comedunt, quando orationibus, & precibus suis ea consumunt, & delent. GLOS. Episcopi sibi inuicem debent præstare mutuum auxilium, & quilibet debet defendere suam ecclesiam, & si facit contra eam, est priuandus eo quod habet.

CAP. *Deus ergo.* Episcopi defendant sacerdotes spoliatos restituendo, & calumniatores excommunicent. GRAT. Iniusti possessores si spolientur à priuatis sunt restituendi, nisi quis Apostolicam Sedem vi occupauerit, quia non datur iudex.

fol. 31.

QVÆSTIO II.

1 AN induciæ sint dandæ restituto ad spolium, & quando. GLOS. Induciæ sunt quinque modis. Primo, restitutorie non minus sex mensibus in causa criminali, nec plus anno; & habent locum ante vocationem, & sunt arbitrariæ. Secundo citatorie, & sunt vnius, vel duorum, vel trium mensium, & habent locum post citationem. Tertio, præparatorie, & sunt anni, & dimidij, & dantur ante citationem. Quarto, iudicatorie quatuor mensium, & dantur iudicandis. Quinto, deliberatorie.

CAP. *Quanto tempore.* Quanto tempore fuerunt expoliati, tanto tempore

pore sunt dandæ induciæ, antequam ad Synodum vocentur: *cap. si quis monachus, distinct.* 90.

CAP. *Cum ecclesia*. Episcopo spoliato nihil potest obijci, nisi prius redintegretur, & post inducias datas negotium ventiletur.

CAP. *Oppressi*. Spoliati prius redintegrantur, ne nudi, & inermes contendant contra inimicos. GLOS. Idest, vt habeant sumptus.

CAP. *Audiuimus*. Episcopi spoliati episcopatibus restituendi prius, & intrusi eijciendi etiam ab honoribus ecclesiasticis, vt infames, & adulteri, & agant Romæ in eos.

CAP. *Eiectis*. Spoliatis post restitutionem dentur induciæ vnius anni, vel sex mensium. CAP. *Prius*. Idem, & detur tantumdem temporis, ac spoliationis.

CAP. *Tandiu*. CAP. *Si Episcopus*. Idem. GLOS. Quando est euidens citationem non valere, reus non tenetur venire ad citandum suum priuilegium: si est dubium an teneat, tenetur venire; tutius est tamen ire. Item citatio non tenet quando fit intra angusta tempora, vel non exprimitur causa citationis, vel quando nimis maturatur peremptorium, vel si fit tempore feriato, vel extra prouinciam vltra duas dietas, vel ad loca periculosa, vel inhonesta, vel si est euidens illum non esse suum iudicem, vel minorem, si non inferitur rescriptum Apostolicum, vel si citatus est spoliatus, vel ad querelam liberti, &c. Item longum tempus est quatuor menses. Item induciæ sunt arbitrariæ. *c. cum Romana, de appellat.* GRAT. Dilapidator ecclesiæ ex sola suspicione remouetur tutor, & curator. GLOS. Iam est correctum. *c. licet Heli, de simonia. c. venerabili, de offic. deleg.*

CAP. *Quia ea*. Episcopus accusatus de dilapidatione ecclesiæ deponatur ab administratione, donec veritas cognoscatur. GLOS. Hodie, vt supra. 2

QVÆSTIO III.

INduciæ post vocationem petenti dandæ, & per quantum temporis. 3
CAP. *Cum accusatus*. Post vocationem dentur induciæ petenti, & iudices electi à se. CAP. *De inducijs*. CAP. *Induciæ*. Induciæ sunt concedendæ non angusto, sed longo tempore, vt possint se præparare. GLOS. Sunt arbitrariæ, communiter est annus. GRAT. Ibi ponit leges Imperatoris. Vide ibi.

QVÆSTIO IV.

AN infames, & non legitime coniuncti sint admittendi ad accusandum. 4
GRAT. Non, vt & alij multi.

CAP. *Alieni*. CAP. *Beatus*. Apostatæ, & transgressores sui propositi, & legis, vt infames, non admittuntur ad accusandum, vel testificandum ante conuersionem.

CAP. *Si quis*. Idem, & reijcit suspectos in fide. GLOS. Infamis non admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum sequatur iniuriam, vel criminibus exceptis.

CAP. *Consanguineorum*. Incestuosi, vel non legitime conuicti, vt infames, non accusent, sicut & his consentientes. Idem si sine dote. Item raptores.

CAP.

CAP. *Conspiratores.* Reijciuntur conspiratores, & anathematizati. CAP. *Nullus.* CAP. *Omnes.* Item nec anathematizatus ab Episcopo, vel per canonem latæ sententiæ.

5 CAP. *Clericus.* Clericus insidians, vel accusans Episcopum, est infamis, & reijcitur. GLOS. Si calumniose. CAP. *Hi qui.* Nec qui persequitur Episcopum, & sunt infames.

CAP. *Detractores.* Qui detrahunt alijs, & seminant discordias, non possunt accusare Episcopos.

CAP. *Nulli.* Infamis, vel sacrilegus non potest accusare, vel testificari contra religiosum, vel Christianum etiam vilem. GLOS. De causa criminali.

CAP. *Engeltrudam.* Excommunicatio, & Anathema differt ab illa, quæ à fraterna societate separat. GLOS. Idest à communione sacramentorum, & sic à ministratione. Item excommunicatus potest iterum excommunicari, & si non ad effectum extrahendi, quia iam est extra ecclesiam, saltem ad effectum detinendi, & potest absolui vnica absolutione.

QVÆSTIO V.

6 AN testes possint esse inimici, vel de domo accusatoris. Resp. non. GLOS. Inimici consanguinei, criminosi, gratiosi, serui liberi, familiares, accusatores, Iudices, non possunt esse testes. Item domestici sunt libertus, colonus, adscriptitius, mercenarius, & qui sunt de familia, siue sint liberi, siue non, dicuntur domestici; large vero omnes, qui habitant cum aliquo, dicuntur eius familiares, & qui sunt in eius potestate, sic vxor, propinqui, amici, filij, & sic inimicus capitalis &c. Sed in causa matrimonij admittuntur consanguinei etiam matris.

CAP. *Consanguinei.* Consanguinei accusatoris non sint testes contra extraneos, nec familiares, nec de domo prodeuntes, sed contra parentes, sic, si velint. GLOS. Qui prodit de domo iudicis non potest esse testis. Item in ciuilibus admittuntur testes consanguinei, non tamen iudices, quia minor causa repellit iudicem, quàm testem.

CAP. *Accusatores.* Qui nuper fuerunt inimici, non possunt esse testes, vel accusatores, ne vlciscantur in offensis, & non suspectus animus quærendus. GLOS. Iudex iudicet, quæ inimicitia repellat, quia leues, & modicæ non repellunt.

CAP. *Accusatoribus.* Qui sunt inimici, vel exeunt de domo inimici, vel cum eis morantur, sunt suspecti, & non credendi, & puniuntur qui insidiantur prælatis.

CAP. *Suspectos.* Accusatores, vel testes esse non possunt, qui sunt suspecti, inimici, facile litigiosi, non bonæ conuersationis, quorum vita est accusabilis, qui non tenent, vel docent bonam fidem.

7 CAP. *De accusationibus.* Qui secundum leges seculi non possunt accusare, nec secundum canones possunt clericos accusare.

CAP. *Canonica.* Infames, suspecti, inimici, qui non sunt eorum gentis, quorum fides, vita, & libertas nescitur, qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorum vita est accusabilis, non possunt accusare Episcopos, vt qui sunt mortui in peccatis.

CAP. *Accusationes.* Accusationes, & negotia, idest testimonia, quæ leges

leges seculi non admittunt, nec ius canonicum admittit contra clericos. GLOS. Omne laici repelluntur.

CAP. *Accusatores.* Qui secundum leges ciuiles non possunt accusare, nec possunt per ius canonicum accusare Episcopos. Item nullus alienigena, vel infamis, seruus, libertus, suspectus.

CAP. *Constituimus.* Accusatores, vel testes esse non possunt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, raptores, vel falsum testificantes, qui ad sortilegos, vel diuinos concurrunt, & similes.

CAP. *Similiter.* Non accusent suspecti, infames, criminosi, gratiosi, calumniatores, affines, scelerati, facile litigantes. 8

CAP. *Nullus.* Non sit testis seruus, libertus, infidelis, criminosus, calumniator, qui studet inimicitijs, qui frequenter litigat, vel facilis ad accusandum, vel detrahendum, infamis, & quos lex ciuilis reijcit, non testificentur contra Episcopum.

CAP. *Accusatores.* Non accusent, nec sint testes, suspecti, familiares, prodeuntes de domo consanguinei accusatoris contra extraneos.

CAP. *Omnes.* Qui contra parentes armantur, vt infames, non possunt accusare Episcopos.

CAP. *Nulli.* Episcopus non potest reijcere à sua accusatione, quos ante à sua communi familiaritate neglexit separare. 9

CAP. *Quod suspecti.* Inimici non possunt esse Iudices.

QVÆSTIO VI.

AN extra Prouinciam reus sit educendus? Resp. Non. GLOS. Non, vt coram non suo iudice conueniatur. GLOS. Quilibet conueniendus coram suo iudice: sed fallit ratione possessionis, contractus, criminis, domicilij, fidei, opportunitatis loci, appellationis, iussionis Papæ, rei, mariti, vel si consentit vterque. 10

CAP. *Ibi.* CAP. *Si quis.* CAP. *Pulsatus.* CAP. *Vltra.* CAP. *Accusatus.* CAP. *Discutere.* CAP. *Quamuis.* CAP. *Multum.* CAP. *Dubium.* CAP. *Hæc quippe.* reus iudicetur à suo iudice, & in loco: sed potest appellare ad Papam. Item Episcopus non puniatur, nisi à Papa, nec quid potest definiri.

CAP. *Irritam.* CAP. *Peregrina.* CAP. *Leges.* CAP. *Non liceat.* CAP. *Vnaquæque.* CAP. *Neminem.* CAP. *Si quis.* CAP. *Qui crimen.* Extranei Iudices non iudicent, & iudicia reuocentur, nisi Papa aliud mandet; qui secus præsumpserit, summotus ab officio clerici, sit reus iniuriarum, nisi appelletur, vel ibi crimen committatur.

QVÆSTIO VII. fol. 32.

AN criminosus possit esse Iudex. Resp. Non GLOS. Si per exceptionem probatur crimen, reijcitur. 1

CAP. *Infamis.* Non potest esse Iudex, nec procurator. GLOS. Infamis per sententiam, nam si toleratur in officio, eius sententia tenet. Item potest esse arbiter. GRAT. Triplici causa quis non potest esse Iudex: primo natura, vt mutus, surdus, perpetuo furiosus, impubes: secundo lege, qui propter

pter suam turpitudinem remouetur à senatu: tertio moribus, vt fœmina; seruus, nisi putetur liber. GLOS. Et sententia sit confirmata à Principe.

CAP. *Infames.* Multi non possunt postulare; (quos vide ibi) multi non possunt aduocare, vt infames, & multi alij (vide ibi). Item infamia quatuor modis irrogatur: primo ex genere delicti, quando per sententiam iudicis declaratur: secundo in genere pœnæ, quando quis damnatur in opus publicus, & finito tempore remaneat infamis: tertio genere pœnæ, & delicti declarati per sententiam, vt fustibus cæsus: quarto ipso iure, vel facto, vt improbus fœnerator, & vsurarius, & mulier, quæ tempore luctus nupsit.

CAP. *Qui sine.* CAP. *Iudicet.* CAP. *In grauibus.* CAP. *Postulatus.* CAP. *Sacerdos.* Criminosus non iudicet alios. GLOS. Si tamen toleratus, obediendum.

QVAESTIO VIII.

2 EPiscopus non audiatur, nec iudicetur ab vno tantum.

CAP. *Accusatores.* Episcopus non audiatur, vel iudicetur nisi à duodecim Episcopis, & finis eius causæ mittatur ad Papam, vt ipse determinet. Item absens nemo iudicetur, nisi sit contumax.

QVÆSTIO IX.

3 ACcusare, vel testificari contra absentem nemo potest. GLOS. Secundum leges nunquam proceditur contra absentem lite non contestata, nisi contra apparitores: sed pro contumacia notantur eius bona, & expectatur per annum, deuoluuntur ad fiscum, nec amplius auditur super bonis, sed super crimine infra annum sic. Item lite contestata in maiori crimine non proceditur contra absentem, sed secundum ius canonicum, si liquet de causa, proceditur, vt in hæresi, & in alijs. (vide.)

CAP. *Accusatori.* CAP. *Caueant.* CAP. *Absente.* CAP. *Omnia.* CAP. *Non oportet.* CAP. *Habeatur.* CAP. *Nec extra.* CAP. *Qui accusare.* CAP. *Dignum.* CAP. *Decernimus.* CAP. *Absente.* Reo absente accusator audiri non debet: si secus, acta irrita sunt. GLOS. Idest irritanda, nisi sit contumax. CAP. *Indicas.* Idem.

CAP. *Testes.* Testes non dicant, nisi quæ præsentialiter nouerunt, & viderunt veraciter. GLOS. In ciuili seruetur consuetudo. Item si nouerunt per auditum. Item cœcus audiendo per auditum. Item sunt multi casus. Vide. GRAT. Debent concordare in tempore, idest quod simul viderint: si diuerso tempore, non valet.

4 CAP. *Nihilominus.* Falsi testes sunt puniendi, sicut accusatores, qui calumniantur. Item qui diuerso tempore viderunt, non sunt plures testes. GLOS. Si plures diuersis horis eundem actum continuatum viderunt, tenet testimonium, vt si successiue vno foramine videat alios fornicari. Item si differunt in officio, vt vnus dicit Missam, & alter Vesperas; vel in re, vt si vnus dicit soluisse frumentum, alter fabas, non probant.

CAP. *Pura.* Testis si in serie facti aliquid de suo miscet etiam bonum, decolorat fidem testimonij.

CAP. *Absens.* Absens non potest accusari, vel accusare per procuratorem, nec

nec affinis poteſt eſſe teſtis. GRAT. Illuſtris perſona abſens poteſt accuſare per procuratorem in crimine iniuriarum.

CAP. *Chartæ*. Atteſtationes abſente reo acceptæ ſunt inualidæ.

CAP. *Hortamur*. Teſtes corporaliter præſtent iuramentum ſuper Euangelia. CAP. *Neceſſe*. Accuſator, & accuſatus ſint præſentes. 5

QVÆSTIO X.

Deficientes in primo capitulo non ſunt admittendi ad ſequentia.

CAP. *Placuit*. Accuſans multa crimina ſi deficit in primo, non admittitur vlterius. CAP. *Eos*. Conuicti falſa obiiceiſſe excommunicentur. 3

CAP. *Si accuſatorum*. Qui falſo accuſant Epiſcopos, non admittuntur amplius ad accuſandum Epiſcopos, niſi ciuiliter, cauſas tantum proprias proſequendo. GLOS. Contra alios etiam criminaliter.

QVÆSTIO XI.

An accuſatus poſſit accuſatorem accuſare. Reſp. non. GLOS. Poteſt excipere de crimine, vel de maiori crimine, vel ſuā iniuriam proſequitur. 6

CAP. *Neganda*. CAP. *Non eſt*. CAP. *Prius*. Accuſatus non poteſt accuſare, niſi prius ſe purgauerit, vel niſi de maiori crimine, non autem de pari, vel minori, vel niſi proſequitur ſuam iniuriam, poteſt tamen deponere inſcriptionem pendente accuſatione. GRAT. Sicut criminalis quomodo præiudicat ciuili, & aliquando criminali, ſic quomodo criminalis aliquando præiudicat ciuili, aliquando etiam criminali (vide ibi exempla.)

Cauſa quarta, Agit de impedimento excommunicationis in iudicio: habet Quæſtiones ſex.

QVÆSTIO PRIMA.

An excommunicatus poſſit accuſare alium. Reſp. non, licet ſit iniuſte excommunicatus, ſi excommunicatio teneat. 7

CAP. *Definimus*. CAP. *Quod autem*. Excommunicati dum ſunt in excommunicatione, ſchiſmatici, infames, vt hiſtriones, & turpes perſonæ, hæretici, pagani, iudæi non poſſunt accuſare.

QVÆSTIO II. & III.

An in decimo quarto anno conſtitutus poſſit eſſe teſtis, & an prohibitus accuſare poſſit teſtificari.

CAP. *Teſtes*. Non poteſt eſſe teſtis, qui non poteſt accuſare, vel qui eſt de domo ſua, vel qui eſt infra xiv. GLOS. Niſi in nece occiſi domini, & in crimine læſæ Maieſtatis. Item in ciuili poteſt eſſe teſtis qui eſt in xiv. anno, in criminali non, niſi in xx. & puella in ciuili poteſt poſt xij. annum. Item in tertia quæſt. ſunt multa exempla. GRAT. In cauſa criminali qui fuit teſtis contra aliquē, non poteſt ſecundo teſtificari contra eundē. GLOS. Quia ſuſpe-

suspectus,& post publicatas attestationes, quia ante potest errorem, v.g.corrigere, vel declarare obscurum.

CAP. *Placuit.* Testis pretio non conducatur, & sumatur fidelior, cui non possit obijci calumnia; sit ieiunus.

CAP. *Testes*, Quales debeant esse testes, & iudex quomodò se gerere in multitudine testium, vide ibi fuse.

QVÆSTIO IV.

8 AN aliquis simul possit esse testis, & accusator. Resp. non. GLOS. Nisi in matrimonio, & in denunciatione.

CAP. *Nullus.* Non potest quis esse accusator, & iudex, vel testis. Item in omni iudicio debent interesse quatuor personæ, iudex cum æquitate, accusator idoneus cum ampliatione causæ, defensor congruens extenuando causam, testis legitimus cum veritate. CAP. *Nullus* agat duas personas. GLOS. Aduocatus non tenetur dare iura, quæ pro ipso faciunt. GRAT. In accusationibus est inscriptio facienda, exceptis quatuor causis: vide.

CAP. *Contra ritum.* Accusator, vel testis non sit de domo iudicis; si secus, iudex sit suspectus.

QVAESTIO V.

9 DE inducijs citatorijs, vel expectatorijs, an sit excommunicandus, qui non comparet statuto die. Resp. sic, si per contumaciam.

CAP. *Quisquis Episcoporum.* Episcopus accusatus si intra mensem à receptione literarum non venerit, excommunicetur; & si allegat iustum impedimentum, detur alius mensis, sed remanet excommunicatus, donec probet impedimentum: si secundo mense non venerit, condemnetur. Item accusator, si non venit die statuto, est excommunicandus; & si probat iustam absentiam, absoluetur, & postea aget.

QVAESTIO VI.

10 AN inuentus culpabilis in accusatione Episcopi mittatur ad arguendum. Resp. non, nisi in propria causa citatus.

CAP. *Illud.* CAP. *Omnibus.* CAP. *Si accusatorum.* CAP. *Quod si.* Qui est culpabilis in accusatione Episcopi, non admittitur ad accusandum, nisi in propria causa, non tamen ecclesiastica, vel criminali.

Causa quinta, De accusatoribus occultis, habet Quæst. sex.

fol.33. QVAESTIO PRIMA.

1 QVa pœna puniendus qui libellum famosum scribit. GLOS. Si certum est quis composuit libellum, vel conuictus, & non vult probare quod scripsit, secundum leges decapitatur, secundum canones verberatur: si est confessus sponte, & non potest probare, mitius cum eo agitur; si non est certum, admoneatur, vt prodeat in publicam, & probet quod scripsit. quod

si non

si non fecerit, primo priuabitur sacramentis, deinde excommunicabitur, si infamatus erat innocens; secus si erat reus, quia expedit peccata publicari.

CAP. *Qui in alterius.* Qui publice contra famam alterius scripta, vel verba contumeliosa finxit, & repertus scripta non probat, flagelletur; & qui primus ea inuenit rumpat, secus puniatur vt factor. GLOS. Inuentor potest probare crimen, si vult.

CAP. *Quidam.* Qui in publico clàm fingit libellum famosum, si non vult exire, & fateri, priuatur eucharistia, & communiter est excommunicatus. Idem & consentiens. Si vero exit, & probat, quod scripsit, vel si non potest probare, saltem fatetur suum errorem, non priuatur Eucharistia, nec excommunicetur. GLOS. Conditio affirmatiua, vt si intraueris domum, exponitur, cum primum poteris intrare intres: negatiua sic, cum primum desieris posse intrare. Item cum dicitur pœnitenti, *De pœniten. dist. 1. §. his autem.* Non tibi dico, vt te prodas, loquitur de crimine occulto, sed hic de manifesto, licet persona sit ignota; vel ibi de pœna; hic de accusatione. Item hic criminosus admittitur ad accusationem, licet non prosequatur suam, vel suorum iniuriam, idest in fauorem rei.

CAP. *Si qui.* Excommunicentur qui famosos libellos in ecclesia ponunt. GLOS. In lege ciuili, qui inuenit, & non destruit, sed eum manifestat dolose, decapitetur vt auctor, etiamsi vim libelli tantum manifestauerit.

QVAESTIO II.

Voties quis sit vocandus ad causam antequam damnetur. GLOS. Ter, vel semel pro tribus, vel sunt arbitrariæ induciæ. 2

CAP. *Vocatio.* Accusatus debet ad causam vocari rationabilibus scriptis per spatium congruum, quia si non est canonice vocatus, licet sponte venerit, non tenetur respondere. GLOS. Iudex debet exprimere quod peremptorie citat, & secus procedat. Item veniens non citatus, non respondebit, nisi in ciuilibus.

CAP. *Parenti.* Expectetur citatus per decemnouem dies. GLOS. Hodie induciæ sunt arbitrariæ.

CAP. *Relatum.* Accusatio per scripta non suscipiatur, sed accusans sit presens, & per se præmissa inscriptione, sicut testis debet esse presens. GLOS. Potest aliquis per literas dare testimonium suæ famæ alij, sed non iudiciale.

CAP. *Si primates.* Vi, aut timore eiecti, aut spoliati suis rebus non possunt accusari ad synodum ad causam dandam, nisi prius restituantur.

QVÆSTIO III.

AN qui per se ipsum non potest, vocatus possit per procuratorem causam suam. Resp. non. GLOS. In causa criminali non, nisi in quatuor: primo in crimine iniuriarum personæ illustris: secundo in crimine suspecti tutoris: tertio ad allegandam causam absentiæ: quarto in minoribus criminibus. Item in causa ciuili potest, nisi vt in accusatione populari, in causa status. Item alij coguntur dare procuratorem, vt Episcopi, & sacerdotes. 3

CAP. *Si ægrotans.* Episcopus accusatus, & citatus, si est contumax ad comparendum, excommunicetur, nisi infirmitas, vel grauis necessitas eum excu-

excuset, & tunc mittat excommunicationem per procuratorem. Item tempus comparendi erunt duo, vel tres menses, vel plures, prout. GLOS. In causa criminali.

CAP. *In criminalibus.* In causa criminali accusatus, & accusator per se agunt, non per aliam personam. GLOS. Nisi vt in *2. quaest. 6. si quando.*

CAP. *Quia Episcopus.* Episcopi, & sacerdotes in causis ciuilibus, & ecclesiasticis agant per procuratorem bonae famae, non per se. GLOS. Ne cogantur recedere à diuinis officijs. Item canonici, si litigant contra Episcopum, possunt sibi eligere procuratorem; si contra alios, eligant cum auctoritate Episcopi. Item infamis non potest esse procurator.

QVÆSTIO IV.

4 AN Episcopus absque Synodi audientia sit damnandus. GLOS. Non, nisi auctoritate Papae.

CAP. *Nullus Episcopus.* Episcopus accusari, vel audiri non debet, nisi legitima synodo; & si quid cōtra fit, est irritū. GRAT. Absque praeiudicio Papae.

CAP. *Duodecim.* Si opus fuerit, Episcopus accusatus eligat sibi 12. iudices, & audiatur, sed causa terminetur à Papa.

CAP. *In loco.* Contentiosi, irrisores, &c. eijciantur à conuentu, & per tres dies sint excommunicati.

QVÆSTIO V.

5 AN qui crimen alterius indicat, sit habendus inimicus.

CAP. *Non vos.* CAP. *Non omnis.* CAP. *Non osculatur.* CAP. *Illi.* CAP. *Qui ambulat.* Post admonitionem debet quis fratris crimen amicabiliter manifestare, non ex odio.

QVÆSTIO VI

ACcusans si non potest probare, an & qua poena puniendus. Resp. talionis, vel alia.

CAP. *Omnis.* CAP. *Qui calumniam.* CAP. *Quia iusta.* CAP. *Epiphanium* CAP. *Delatori.* CAP. *Si quis falsum.* CAP. *Si quis vero.* Accusans non probans est infamis, & ad poenam talionis, & laicus excommunicatur.

Causa sexta, Criminosi, & infames in certis causis accusant, & sunt testes: habet Quaestiones quinque.

QVAESTIO PRIMA.

6 AN criminosi, & infames possint accusare. Resp. non.

CAP. *Sacerdos.* CAP. *Omnes.* CAP. *Illi.* CAP. *Omnes.* CAP. *Beatus.* CAP. *Qui crimen.* CAP. *Si omnia.* CAP. *Sacerdotes.* CAP. *Oues.* Sacerdotes non possunt accusare, criminosi, infames, idest quos lex ciuilis vocat infames, & qui Gal. 5. regnum Dei non consequentur, excommunicati. Item nec laici eos accusent.

CAP.

CAP. *Imitare*. Quilibet potest cadere vt Petrus. CAP. *Sunt plurimi*. Bonus humiliatur lingua detractoris. CAP. *Quiescite*. Boni non persequendi.

CAP. *Ex merito*. CAP *Sapiens*. CAP. *Deteriores*. CAP. *Summa*. Nemini detrahendum, præsertim Prælatis.

CAP. *Infames*. Numerantur personæ, quæ sunt infames, idest omnes criminosi: vide ibi. Item & alios irregulares, qui non possunt ordinari. GLOS. Quodlibet crimen infamat secundum canones. 7

CAP. *Quicunque*. CAP. *Nos sequentes*. Item, sed infamis potest accusare hæreticum. CAP. *Quæro*. Ex ignorantia hæreticus, & sciens auarus æquiparantur.

CAP. *Si quis*. Criminosi læsæ Maiestatis sunt infames, priuantur bonis, & honoribus, sic filij, & defensores; sed qui reuelant, præmiantur. GLOS. Idem de hæreticis.

CAP. *Nullus*. Nobilis potest se defendere à tormentis, nisi sit in læsa Maiestate.

QVAESTIO II.

AN Si Episcopus vertat accusationem in suum accusatorem, sit ei sine testibus credendum. Resp. non. 8

CAP. *Episcopus*. CAP. *Si tantum*. CAP. *Placuit*. Episcopus si quem accuset, probet, & de secretis, quæ probari non possunt, non accuset, sed clàm admoneat eum. GLOS. Episcopus pro peccato, & contumacia secreta, potest secrete illum excommunicare, & debet cum tali excommunicato secrete, publice communicare, sed non priuatim.

QVAESTIO III.

AN liceat Episcopo quærere pro suo iudice Metropolitanũ alterius prouinciæ. Resp. non, nisi de licentia sui.

CAP. *Scriptum*. CAP. *Scitote*. CAP. *Denique*. CAP. *Placuit*. CAP. *De illis*. Prouincia constat decem Episcopis cum Rege, & Episcopus non potest iudicare alterius parochianum, nisi deliquerit in sua diœcesi. GLOS. Et nisi sit priuilegiatus in causa illa, & sine præiudicio iurisdictionis Episcopi.

QVAESTIO IV.

QVando Prouinciales Episcopi electi iudices discordant in sententia, ad quem sit recurrendum. 9

CAP. *Si quis*. CAP. *Si quis Episcopus*. CAP. *Si inter*. CAP. *Si Metropolitanus*. CAP. *Si quis Episcopus*. CAP. *Quod bene*. CAP. *Osius*. Si Episcopi comprouinciales discordant, vocetur Primas, vel vicinus Metropolitanus cum aliquibus Episcopis, vel ad Papam: si concorditer sentiant, non audiantur, nisi à Papa, vel eius auctoritate.

QVAESTIO V.

SI accusator deficit in probatione, an reus sit cogẽdus probare. Resp. non. GLOS. Nisi sit purgandus. 10

CAP. *Quod autem*. CAP. *Accusator*. Accusator debet probare, & non reus qui negat factum. GLOS. Ideſt in cauſa ciuili. Item actore non probante, reus abſoluitur. Excipitur, quando ratione præſumptionis transfertur probatio ad reum, vel ſi actor fundauit ſuam intentionem in iure communi, vel reus ſponte vult probare, vel ſit commune iudicium, vel ſi vterque contendit ſe poſſidere. Item in crimine falſi, vel læſæ Maieſtatis, in ſacramentis deſertis, in proditione patriæ, in crimine peculatus. Item negantis factum nulla eſt probatio. Nota: negatiua triplex; facti, ideſt negat aliquod factum, & hæc ſi non habet determinationem loci, vel temporis, numquam poteſt probari, niſi præſumptiue, vel niſi habeat implicitam affirmatiuam: ſecunda eſt iuris, & poteſt probari, quia qui negat iure factum, poteſt probare iniuſte factum: tertia negatiua formæ, vel qualitatis, vt iſte non eſt idoneus, non legitimus, & debet probari.

Cauſa ſeptima, De renuntiatione epiſcopatus: habet Quæſtiones duas.

QVAESTIO PRIMA.

fol. 34.

1 AN viuente Epiſcopo poſſit alius ſubrogari in eadem eccleſia. Reſp. non. GLOS. Non, niſi in his caſibus: ſi deponatur, vel renuntiet, vel mutetur ſedes de licentia Papæ, vel ambitioſe ſe tranſtulit in aliam, tunc carebit vtraque, vel inuaſor, vel fiat regularis de licentia Papæ, vel ſi ſit leproſus. Alij infirmi, vel ſenes non remouentur, ſed iuuantur etiam ſi ſint epileptici, vel diurno morbo laborantes, ſed non promouentur, & ante ordinationem remouendi. Item Abbates facti inhabiles remouentur, & ex modicis cauſis.

CAP. *Scripſit*. CAP. *Cum percuſſio*. CAP. *Præſentium*. CAP. *Pontifices*. CAP. *Factus*. CAP. *Nouatianus*. CAP. *Scire*. CAP. *Quam periculoſum*. CAP. *Denique*. Epiſcopus ob infirmitatem non priuandus, nec eo viuente alius ſubrogandus, non enim eſſet Epiſcopus. Item Epiſcopus non debet cedere ſuo iuri, & qui non habet pacem cum Epiſcopo, non eſt in eccleſia, vt ſchiſmaticus.

CAP. *Non ſurem*. CAP. *Sicut vir*. Non licet Epiſcopo dimittere vxorem ſuam, ſed eam docere, & amare ad ſalutem. Item qui inuadit alterius eccleſiam, fur eſt, & non defendendus.

2 CAP. *Non autem*. CAP. *Taliter*. CAP. *Quamuis*. Licet infirmus Epiſcopus, vel amens non amouendus, ſed iuuandus; tamen ſi petit ſucceſſorem, amouetur, & detur, & illi dentur ſumptus ex redditibus epiſcopatus.

CAP. *Illud*. CAP. *Nihil*. Si eſt commoditas, aſſiſtat aliquis presbyter celebranti, quo deficiente perficiat ſacrificium, & non dicentur duo miniſtri. Item non ieiunus non celebret, & qui cœpit Miſſam, perficiat ſub pœna excommunicationis. GLOS. Presbyter poteſt perficere Miſſam inceptam ab Epiſcopo, ſed non de nouo inchoare. Item incipiat, vbi alius reliquit: ſed ſi erat cœpta oratio Dominica, reincipiat orationem Dominicam, ſimiliter ſi deficit in ſecreta. Idem in baptiſmo, & in ordine. Item pranſus non poteſt ſupplere id, quod alter inchoauit. Item hæc ſuppletio fit vſque ad Nonam. Item horæ canonicæ quandocunque poſſunt ſuppleri. Item ſacerdos,

dos, qui in consecratione est memor peccati mortalis, perficiat, licet peccet.

CAP. *Petijsti.* CAP. *Quia frater.* Episcopo ægrotanti, vel inhabili, datur adiutor, & non successor, sed adiutor potest post mortem Episcopi succedere. GRAT. Qui causa ambitionis relicta sua ecclesia vult transire ad meliorem, est reuocandus ad primam, & si venire contemnit, vtraque careat. GLOS. Mutatio ecclesiarum fit quinque causis: necessitatis, vt quando propter persecutionem recedit, & cessante necessitate, recuperat ecclesiam: cupiditatis, & vtraque carebit, sed ecclesia potest eum repetere, & cogitur redire. Leuitatis est vis aliquanta, & in hac dicendũ vt in ambitione, & potest priuari, nisi ab ecclesia reuocetur, sed est ter prius admonendus. Humilitatis, & si transit ad monasterium, non potest eam repetere. Vtilitatis. 3

CAP. *Non oportet.* CAP. *Peruenit.* CAP. *Placuit.* CAP. *Constitutum* CAP. *Si qui.* CAP. *Si quis.* CAP. *Episcopum.* CAP. *Propter.* CAP. *Placuit.* Episcopus, vel presbyter non vagetur, sed resideat; si secus, deputetur in monasterio, & moneatur Papa. Item intercessor non retineat cathedram vltra annum, & clerici si non redeunt, excommunicentur, & deponatur ab officio nec ministret in ordine.

CAP. *Episcopus.* Episcopus in aliena diœcesi ordinans alienos, per annum non celebret, & ordinati sint suspensi. Item si Altaria consecret, sed consecratio tenet. GLOS. Res inanimata consecrata dominio non restituitur, secus de animata. 4

CAP. *Si quis.* Clericus in minoribus si sine iusta causa deest ecclesiæ diebus solemnibus, idest Natiuitate, Epiphania, Pascha, Pentecoste, & si diaconus, & presbyter ab ecclesia abest per tres hebdomadas, est suspensus ab officio per trennium. GLOS. Qui habet plures ecclesias, intelligitur dispensatus.

CAP. *Remoto.* Episcopus, qui in aliam ecclesiam irrepsit, est remouendus, & ad suam cogendus ire.

CAP. *Si quis.* Episcopus, qui contempta sua tenui plebe maiorem aliquam ambit, & ad eam se transfert, careat vtraque. CAP. *Si quis de ordine.* Idem. GLOS. Multo magis si ad parem, quia facilius dispensatur in maiori, quam in pari, sed difficilius ad minorem.

CAP. *Sancitum.* Qui simoniace ecclesiam vacantem quærit, est suspensus & irregularis.

CAP. *Mutationes.* CAP. *Scias.* CAP. *Omnes.* CAP. *Episcopus.* CAP. *Episcopi.* CAP. *Sicut.* CAP. *Eumque.* CAP. *In Apibus.* Episcopus non mutandus de ecclesia ad ecclesiam propria voluntate, vel dominatione alicuius, sed pro communi vtilitate, ac necessitate. Idem dicendum de inferioribus presbyteris, & qui contra præsumit ministrare, excommunicetur, & in vna ecclesia duo Prælati esse non debent. Item si Episcopus, vel presbyter causa visitandi ad ecclesiam alterius venerit, in suo gradu suscipiatur, & inuitetur ad prædicandum, & sacrificandum. Item aliud est mutare Episcopatum, aliud mutari, aliud sponte transire, aliud coacte, aut necessitate venire: hi non mutant, sed mutantur. GLOS. An Episcopus possit cogere clericum, vt transeat ad maiorem ecclesiam? videtur non, quia nemo inuitus cogitur crescere. Resp. putat quod sic. *c. sicut, de excessibus Prælatorum.* GRAT. Si quis Episcopus metu hostium transfertur ad aliam ecclesiam, cessante metu debet redire ad suam liberam; si causa vtilitatis transit, mox non potest. 5

6 CAP. *Pastoralis.* Episcopus ab hostibus eiectus à sua ecclesia, si à Papa mittitur in aliam vacantem, cessante hoste potest ad primam redire. GLOS. Licet beneficia non sint danda sub conditione, vel ad certum tempus, tamen hic est pura intentio, sed resoluitur sub conditione, vel restituitur iure postliminij, quià nemo Episcopus duorum locorum potest esse, vel Papa potest ad certum tempus, vel sub conditione facere Prælatum. Item qui peruenit ad pinguiorem fortunam, tenetur ad pristinam obligationem.

CAP. *Eos sacerdotes.* Qui ex se propria auctoritate transit ad aliam ecclesiam, est excommunicatus, donec ad ciuitatem reuertatur, sed substitutus obtinebit ecclesiam dum viuit, etiam si alius reuersus fuerit. GLOS. Hic ecclesia non vacabat, sed fuit adiudicata. An primus possit repetere post secundam.

CAP. *Temporis.* Propter necessitatem, vt hostium, potest fieri mutatio Sedis Episcopalis. GRAT. Episcopus causa humilitatis de licentia Papæ factus monachus, non potest amplius ecclesiam repetere.

7 CAP. *Hoc nequaquam.* Episcopus si fit monachus, debet esse subiectus discipulus, & non docere præsidere, pascere. GLOS. Conceditur quibusdam ingredi monasterium ad agendam pœnitentiam, non ad quietem seruandam. Item potest iterum esse Episcopus de licentia Papæ. Item monachus potest esse Episcopus.

CAP. *Suggestum.* CAP. *Scisitaris.* CAP. *Aduersitas.* Episcopi in laboribus, & in sectationibus hominum non debent relinquere suas ecclesias, vt in monasterijs quietem appetant: probat exemplis, quia aduersitas in bonis operibus est probatio, non reprobatio. GRAT. Non licet fugere quando sint aliqui, qui vita Prælatorum proficiunt, & si non specialiter Prælatus quæratur, nec per alios potest esse tuta ecclesia.

8 CAP. *Ibi adunati.* Si inter malos sint aliqui boni, qui proficiunt, non est fugiendum, si nullus proficit, & labor infructuosus, migrandum alio, vbi fructificemus, laborando exemplo Pauli.

QVÆSTIO II.

9 AN qui ob infirmitatem renuntiat Episcopatui, si conualescit, possit illum repetere. Resp. non, sed potest celebrare. GLOS. An sacerdos, qui ob morbum caducum non celebrauit, recuperata sanitate possit celebrare. Resp. si frequenter, omnino abstineat; si raro, & cum spuma, & confusione vocis, & tunc nec celebret; si sine spuma, & confusione vocis, celebret cum assistente; si omnino est sanus, celebret post annum, sic demoniacus.

CAP. *In tuis.* Sacerdos, caduco, vel epileptico morbo sæpe cadens, non celebret; si conualuerit, celebret, quia non sua culpa fuit infirmus. GLOS. Si raro cadit, quidam dicunt quod potest cum socio celebrare. Item propter infirmitatem quis non eijcitur ab officio diuino, vel perceptione sacramentorum. *dist. 5. cap. ad eius.*

10 CAP. *Nuper.* Qui aliquando cecidit morbo caduco, & spumas ore emisit, & voces confusas, non celebret: si vero nihil probatur contra accusatum, faciat aliam experientiam idest per xxx. dies comedat de quibusuis carnibus indifferenter. GLOS. Hic actore non probante, reo indicitur purgatio. Item ne morbus occultetur, comedere omnes cibos physicum est.

Causa

Causa octaua, De electione successoris Episcopi: habet Quæstiones quinque.

QVAESTIO PRIMA. fol.35.

AN licet Episcopo sibi successorem instituere. Resp. non, nisi ex priuilegio. 1

CAP. *Si Petrus*. CAP. *Vnde*. Petrus Apostolus habuit sibi adiutores, Linum, & Cletum in exterioribus, & temporalibus, sed elegit Clementem in successorem Papam. GLOS. Clemens iam electus à Petro ne transiret in exemplum posteris eligendi successorem, renuntiauit Papatui, & fuit electus Linus, quo mortuo fuit electus Cletus, quo mortuo fuit electus Clemens, & sic Clemens fuit secundus, & quartus Papa.

CAP. *Episcopo*. CAP. *Plerique*. CAP. *Moyses*. Non potest Episcopus, licet in fine vitæ constitutus, successorem sibi constituere, & si secus fiat, est irritum.

CAP. *Apostolica*. Nemo sibi vendicet beneficia ecclesiastica hæreditario iure, si secus, his careat, & puniatur. GLOS. Beneficium patris filius habere non potest.

CAP. *Olim*. CAP. *In Scripturis*. CAP. *Sciendum*. CAP. *Qui episcopatum desiderat*. Episcopatus non appetendus: sed si quis eligitur propter vtilitatem ecclesiæ, debet illum acceptare; si secus, contemnitur ab ecclesia. & quies nostra pro multorum lucro postponenda ob necessitatem, & laudatur obedientia. GLOS. Penitus inuito non conferendus episcopatus, sed ab initio aliquis debet cogi, vt consentiat, & nullus eligendus nisi ab initio dissentiat, tepide tamen debet dissentire, vt fœmina. Item qui se dignum credit, & prælaturam sibi oblatam non recipit, peccat mortaliter. Item duo simul possunt eligi, vt si vnus succumbat, alter obtineat, *dist. 61. c. studij*. 2

CAP. *Oportet*. CAP. *Clemens*. CAP. *Qui vos*. CAP. *Licet*. CAP. *Si ergo*. Describuntur quales eligendi in Episcopum, idest sit eruditus, & doctus, & sciat apposite docere, sit irreprehensibilis, maturus, & impauidus, sollicite portet onus, sit sanctior cæteris, & eligatur coràm populo. 3
GLOS. In Episcopo sufficit mediocris scientia. *c. cum nobis, de elect.* An electio semper debeat fieri de meliori? aliqui dicunt, quod sic, & minos pars eligens meliorem, potest appellare contra maiorem partem. Aliqui dicunt sufficere, quod eligatur bonus, idest, eo ipso, quod non est malus, nec huic præiudicat maior bonitas; & electio non cassanda per appellationem, quia non est vitium in eligentibus, nec in electo, bonus enim iuste potest eligi: verum si electus non est de gremio ecclesiæ, debet esse esse optimus.

CAP. *Nec nouum*. CAP. *Audacter*. CAP. *Sunt in ecclesia*. CAP. *Illud*. CAP. *Qualis*. CAP. *Vereor*. CAP. *Quid autem*. CAP. *Nec sufficere*. Electio non facienda ex fauore, & aliquando Deus dat rectores secundum peccata nostra, idest mercenarios, qui sua quærunt, vt honorem: nec tumescant Episcopi, sed pro altiori gradu sint meliores, ne populus eorum officia iudicet. Qui suos clericos non corrigit, nec potest corrigere populum.

QVAESTIO II.

4 AN amicorum patrocinia in electione debeant conualescere. Resp. non. GLOS. Patrocinia in pecunia, vel obsequio sunt simonia. Item preces carnales pro indigno, sunt simoniacæ, pro digno non.

CAP. *Illud*. In electione non intersint munera, vel patrocinia, ne electus ex reuerentia obediat patrocinantibus. GLOS. Recipiens beneficium, debet reuerentiam collatori, idest tenetur ad antidora, est enim humanum.

CAP. *Dilectissimi*. Electores prospiciant communem vtilitatem ecclesiæ, non propriam priuatam, & cupiditas mentem occupat. GLOS. Semel electus, vel approbatus, non potest amplius reprobari ab eisdem electoribus, nisi ex causa noua, vel de nouo illis cognita.

QVÆSTIO III.

5 AN sit simoniacum post electionem iurare se seruaturum indemnitatem ecclesiæ. Resp. non, nisi præcesserit pactum. GLOS. Ante electionem iurare, vel pacisci iurare indemnitatem ecclesiæ minoribus,& subiectis, est simonia, maioribus non. Item siue ante, siue post electionem licite, potest peti cautio, quæ est de iure, vel consuetudine. Item ex persona contrahentium præsumitur simonia, vel vsura.

CAP. *Talia*. Eligendus in Episcopum nulli promittat aliquid dare, nec promittat facere aliquem securum de causis ecclesiasticis, vel de re accepta.

CAP. *Artaldus*. Episcopus post consecrationem potest iurare indemnitatem rerum ecclesiasticarum. GLOS. Dictum negatiuum testis interpretatur benigne.

QVÆSTIO IV.

6 AN clericus possit relinquere suum Episcopum, antequam sententietur de crimine. Resp. non. GLOS. Nisi sit de simonia publica, vel hæresi, vel notoria fornicatione, quia tunc ante sententiam relinquendus. Item Episcopus appellat à sententia, clerici pendente appellatione debent ei obedire, & si interim aliquem excommunicat, est vere excommunicatus.

CAP. *Non ne*. Episcopus antequam sententietur de censura,vel de crimine, non relinquendus ob suspicionem. GLOS. Sola accusatio non facit habere reum, vel criminosum, nec infamen, impeditur tamen ab honoribus, nec potest esse procurator.

QVAESTIO V.

7 EPiscopus accusatus, & vocatus à Papa non reuertatur ad ecclesiam sine literis Apostolicis.

CAP. *Quilibet*. Episcopus accusatus apud Papam, si crimen non fuit probatum, non reuertatur sine literis, vt omnes cognoscant suam innocentiam: & sicut ab Apostolis ordinati sunt, sic à Sede Apostolica debent tueri, defendi, liberari.

Causa

Causa nona, De Episcopo excommunicato ordinante, & Archiepiscopo damnante, vel ordinante non suos: habet Quæstiones tres.

QVAESTIO PRIMA.

AN ordinatio facta ab excommunicato habeat vires: Resp. non. GLOS. Recipiunt ordinem, sed non executionem. 8

CAP. *Nos*. CAP. *Excommunicati*. CAP. *Per illicitam*. Ordinati ab excommunicatis non habentibus potestatem, non sunt ordinati; si ab habentibus, non habent executionem. GRAT. Ordinationes eorum qui hæretici facti sunt Episcopi, non tolerantur: sed si erant Episcopi catholici, mox hæretici, misericorditer tolerantur.

CAP. *Ab excommunicatis*. Ordinati ab Episcopis prius catholicis, mox excommunicatis, non simoniace, facta pœnitentia permaneant in susceptis, sed non ascendant, nisi necessitas, vel maxima vtilitas suaserit, & sancta conuersatio. GLOS. Ordinatus à simoniaco, vel non tolerato, est suspensus.

CAP. *Ordinationes*. Ordinati ab hæreticis nominatim, vel intrusis scienter, sunt suspensi. Item ordinati à prius catholicis, mox schismaticis, si boni sunt, tolerantur, non nisi pro necessitate, qua cessante sunt suspensi. GRAT. Electio facta à non catholico est irrita.

CAP. *Nos*. Electus à non catholicis non admittitur ad locum, vel ordinationem. GLOS. Suspensus non potest eligere. Item si maior pars est excommunicata, alij eligere non possunt. Item si vnus est excommunicatus, & eligit cum alijs, electio non vitiatur. 9

QVÆSTIO II.

AN Episcopus possit ordinare alienos clericos sine literis Ordinarij? Resp. non.

CAP. *Nullus alterius*. CAP. *Placuit*. CAP. *Nullus primas*. CAP. *In Dominicis*. CAP. *Nullus*. CAP. *Nullum Episcoporum*. CAP. *Episcopi*. CAP. *Non inuitati*. Nullus Episcopus præsumat alterius subditum sine literis, vel nisi inuitatus ab Ordinario iudicare, ordinare, excommunicare, absoluere sacramentaliter, neque transeat ad ecclesias alterius diœcesis, pro iurisdictione exercenda; si secus, acta sunt irrita, & ipse deponitur, ac punitur cum consentientibus. Item nullus admittat ad Missam alterius parochianum in die festo, nisi sit in itinere, vel placitum fiat. GLOS. An iudex possit habere ratam sententiam excommunicationis latam ab alio non iudice? Res dubia, vide, &c.

CAP. *Lugdunensis*. Episcopus potest dispensare, & tolerare suos ordinatos ab alieno, si sunt bonæ vitæ, & sint ordinati sine prauitate, iniuncta salutari pœnitentia.

QVÆSTIO III.

AN Archiepiscopus possit excommunicare, vel condemnare clericos sui suffraganei eo inconsulto. Resp. non, nisi, &c. 10

CAP. *Per singulas*. CAP. *Cum simus*. Videtur Metropolitanus posse; quia Episcopus prater aliqua nil facit fine Metropolitano. Itẽ si est negligens.

CAP. *Saluo*. CAP. *Archiepiscopus*. CAP. *Si autem*. CAP. *Nullus*. CAP. *Conquestus*. CAP. *Episcopo*. Saluo Romanæ Ecclesiæ priuilegio Archiepiscopus non audiat, vel iudicet causas aliorum subditorum, fine consensu suffraganeorum; si secus acta sunt nulla, & ipse corrigatur, & si perseuerat, deferatur ad Papam.

CAP. *Patet*. CAP. *Fuit*. CAP. *Antiquis*. CAP. *Nemo*. CAP. *Aliorum*. CAP. *Facta*. CAP. *Ipsi*. CAP. *Cuncta*. CAP. *Fratres*. CAP. *Nunc*. CAP. *Per principalem*. Sedes Romana sola potest omnes, & de omnibus iudicare, & ipsa à nemine potest iudicari, nisi à Deo, nec licet ab ea appellare.

Causa decima, De iure Episcopi in ecclesias sui episcopatus: habet Quæstiones tres.

GLOS. Lex diœcesana, & iurisdictionis differunt.

QVÆSTIO PRIMA.

fol. 36.

1 AN Basilica cum omni dote sua pertineat ad ordinem Episcopi.

CAP. *Si ex laicis*. CAP. *Sic quidam*. CAP. *Decretum*. CAP. *Regenda*. CAP. *Quæcumque*. CAP. *Nouerint*. CAP. *De his*. CAP. *Antiquos*. CAP. *Relata*. Quælibet ecclesia, etiam à laicis ædificata, præsertim consecrata, cum suis dotibus, & decimis, vineis, terris, peculijs, mancipijs, est gubernanda ab Episcopo per clericos idoneos, & non à laicis. Item oblationum fidelium medietas sit Episcopi, & alia cleri. Item Episcopi, qui non visitant, nec accipiant visitationes parari consuetas, idest procurationes. GLOS. Omnes ecclesiæ exceptis monasterijs pertinent ad episcopum quoad legem diœcesanam, idest cathedraticam, seu tertiam, vel quartam partem decimarum accipit Episcopus secundum consuetudinem, & vocat clericos ad synodum, vel exequias; & quoad legem iurisdictionis, idest qua Episcopus ordinat, ministrat sacramenta, consecrat virgines, altaria, ecclesias, corrigit, suspendit, cognoscit de causis. Item laicus si fundat, & dotat ecclesiam cum pacto, vt dos non pertineat ad Episcopum, contractus tenet, sed pactum reijcitur, quia est contra ius, & consequenter contra naturam contractus; secus si non esset contra naturam contractus, vt imponere censum, seruitium, &c. Item monasteria quoad legem diœcesanã sunt exempta, sed non quoad iurisdictionem.

CAP. *Decreuimus*. CAP. *Episcopum*. Singulis annis Episcopus visitet diœcesim, & ordinet, vt reparentur basilicæ destitutæ, & si legitime impeditus
2 per se non potest, mittat probatos presbyteros, qui inquirant reditus, & reparationes ecclesiarum ruinam monstrantium. GLOS. Expensæ fiant ex parte fabricæ, vel de contributione.

CAP. *Placuit*. Episcopus visitans ecclesiam, Primo quærat, quomodo clerici Baptismum, Missam, & diuina officia peragant, doceant ignaros: sequenti die doceat plebem errores fugere, & peccata etiam mortalia, & quod sibi nolunt alijs ne faciant, vt & credant resurrectionem mortuorum, & diem iudicij, &c.

CAP.

CAP. *Quia*. CAP. *Sanctorum*. CAP. *Hanc*. Laici, qui præsumunt sibi vsurpare oblationes ab altaribus, & crucibus, sunt excommunicati, nec ecclesias sibi subijciant.

QVAESTIO II.

AN liceat Episcopis vsurpare res ecclesiarum, quas ministrant. 3
CAP. *Casellas*. CAP. *Ea enim*. CAP. *Huiusmodi*. CAP. *Precariæ*. CAP. *De precarijs*. Episcopi sunt dispensatores, & non possunt alienare res ecclesiæ: super quo Imperator Leo multa ordinauit(vide) nec precarij nomine coactè.

CAP. *Episcopus*. Episcopus cum omni reuerentia, & timore Dei dispenset res ecclesiæ necessitatem patientibus, & ipse accipiat sibi necessaria; & si non det pauperibus, corripiatur. GLOS. Indigentia stat pro victu,& vestitu; & victus pro qualitate personarum. Item cibaria non dicuntur vestes, alimenta sic.

CAP. *Si quis Episcopus*. Episcopus, qui sine necessitate alienat res ecclesiæ etiam vacantis, restituat rem ecclesiæ, & deponatur. GLOS. Episcopus sine consensu sacerdotis non alienet.

QVAESTIO III.

EPiscopus à suis sacerdotibus quid debet exigere nomine cathedratici. 4
Resp. duos solidos currentes. GLOS. Potest exigere cathedraticum, idest duos solidos monetæ currentis; & si currunt plures,detur saltem mediocris. Item potest in necessitate petere collectam, seu symbolum,& procurationem.

CAP. *Placuit*. CAP. *Priscis*. CAP. *Vnio*. CAP. *Illud*. CAP. *Nec numerus*. Episcopus ambulans diœcesim nihil accipiat, nisi cathedraticum, idest duos solidos. Item illa tertia pars oblationum cedat in luminaria, & reparationem ecclesiarum. Non cogantur clerici more seruili seruire Episcopo; vel de cathedratico, & tertia parte seruetur consuetudo. Item vnus non habeat duas parochias: & si sunt decem parochiani, habeant parochum; si habet minores decem,coniungatur alteri ecclesiæ. GLOS. Decem faciunt plebem. Item Episcopo non dabunt, nisi lac ad bibendum,nec bibet, nisi ter, & comedet lardum, vel carnes vaccinas, vel veruecinas.

CAP. *Quia cognouimus*. CAP. *Cauendum*. CAP. *Inter cætera*. CAP. *Relatum*. CAP. *Illud*. Episcopi vltra cathedraticum, idest duos solidos, vel morem antiquum, nihil exigant à suis subditis, nec prandia lauta, sed pro qualitate loci; si secus, corrigantur, & sub pœna excommunicationis duorum mensium.

Causa vndecima, Sub quo iudice clerici debeant conueniri: habet Quæstiones tres.

QVAESTIO PRIMA.

AN clericus ante secularem iudicem sit acceptandus: Resp. non. 5
CAP. *Nemo*. Ab isto cap. vsque ad cap. 26. probat clericum non trahendum,

hendum, vel accusandum apud iudicem secularem, nisi sit degradatus sub multis pœnis, & excommunicationis: & clericus accusans clericum in curia seculari, est excommunicatus, causam perdit, alij priuantur honore.

CAP. *Coniurationum.* Ex hoc cap. vsque ad 26. Clerici, vel monachi conspirantes, vel coniurantes, sic consentientes deponantur, & excõmunicentur. *Si tributum,* vsque ad finem. Imperatoribus quæ sunt Cæsaris danda. Item clericus accusatur apud iudicem ecclesiasticum non laicum.

QVÆSTIO II.

6 AN clericus accusans clericum apud laicum sit dignus suspensione. Resp. sic, quia excommunicatione vt supra, ergo & suspensione.

QVÆSTIO III.

SI non fuit dignus suspensione, & tamen suspenditur, & celebrat, an debeat desponi: Resp. sic.

CAP. *Sententia.* Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est. GLOS. Secus si est post appellationem, vel continet errorem intolerabilem.

CAP. *Si quis.* Cum excommunicato ab vno Episcopo nullus etiam alterius diœcesis potest communicare; nisi fuerit à proprio Episcopo, vel Concilio absolutus. GLOS. Similiter cum suspenso, quia est apud omnes suspensus. Item hodie solus Metropolitanus cognoscit de causa excõmunicationis.

CAP. *Præcipue.* Qui communicat cum excommunicato, potest excom-
7 municari. Item grauius puniendi Prælati, quia deterius delinquunt. GLOS. In denuntiatione idem potest esse Iudex, accusator, & testis. Item admonitio Euangelica habet locum in occultis, & in manifestis.

CAP. *Si Episcopus.* Excommunicatus ab Episcopo iracundo iniuste, est vitandus, sed audiatur à Concilio. GLOS. Hodie auditur à metropolitano, & soluitur.

CAP. *Si quis presbyter.* Suspensus ab Episcopo recurrat ad coepiscopos; si contemnit, & celebrat, excommunicetur.

CAP. *Si quis Episcopus.* CAP. *Si quis Episcopus.* Si Episcopus à Synodo, vel presbyter, vel Diaconus ab Episcopo sit correptus, vel excommunicatus, & ministrat, perdat spem reconciliationis, & communicantes cum eo scienter sunt excommunicati; & si turbat ecclesiam, & seditiosus, eijciatur per laicos.

CAP. *Episcopi.* Episcopus excommunicans innocentem, vel ex leui cau-
8 sa, vel non recipiens baptizandos, moueatur à coepiscopis; & si non paret, excommunicetur ad tempus, ne citius moriatur quam sit absolutus ab excommunicatione. CAP. *Placuit.* Excommunicatus præsumens exercere se ipsum damnat.

CAP. *Tengualdum.* Inique iudicantes priuantur dignitate, & Episcopatu.

CAP. *Si autem.* CAP. *Quicunque.* CAP. *Si quis.* CAP. *Absit.* Qui non obediunt Episcopo, erunt infames, etiam si sit Imperator, & separabitur ab ecclesia, & datur Diabolo. GLOS. Episcopus potest excommunicare Imperatorem, sed mitius cum his agitur. Item qui habet plura domicilia in diuersis diœcesibus, potest à quolibet excommunicari.

CAP.

CAP. *Si inimicus.* Omnes debent vitare inimicum Papæ absque eo, quod moneantur. GLOS. Excommunicatio duplex: simplex, quæ separat à sacris, & ab ingressu ecclesiæ, & maior: hæc fertur pro maiori crimine, vel contumacia; minor infligitur pro quolibet mortali, quando infligitur à canone, quia communicat cum excommunicato, & tunc est necessaria reconciliatio. Item excommunicatus ab homine est absoluendus ab excommunicatione, nisi hic sit negligens, vel ille appellauerit: si est excommunicatus à canone, absoluitur à suo sacerdote. Non seruans excommunicationem, si est clericus, deponitur, si laicus tardius absoluitur. 9

CAP. *Sicut Apostoli*. CAP. *Excommunicatos*. CAP. *Cum excommunicato*. 10
CAP. *Qui communicauerit*. Scienter communicans cum excommunicato, excommunicetur. GLOS. Maiori, & si est clericus deponatur. Item si excommunicatus ingreditur ecclesiam, omnes exeant, sed sacerdos non relinquat missam inceptam. Item superior non absoluat excommunicatum pro querela, nisi intelligat à parte. An pro manifesto delicto fuerit excommunicatus. Item qui communicat in crimine criminoso, incidit in eandem, nec potest absolui, nisi ab excommunicatore.

CAP. *Cura*. Episcopus mittat nomina excommunicatorum suis Parochis, & vicinis Episcopis, & ea figat in valuis ecclesiæ, vt ipse expellatur, & populi non excusent.

CAP. *Audi*. CAP. *Nolite*. CAP. *Quando*. CAP. *Ad mensam*. Tenemur vitare excommunicatos denuntiatos, non alios.

CAP. *Rogo*. Non debemus communicare cum eo, qui communicat cum excommunicato. GLOS. In crimine criminoso, vel cum excommunicato cum fautoribus. Item, rogo, stat pro, mando. fol. 37.

CAP. *Si quis laicus*. CAP. *Quibus Episcopi*. CAP. *Si quis frater*. CAP. *Qui merito*. Nemo communicet cum communicantibus cum excommunicato, & sententia iniusta timenda. 1

CAP. *Clericus*. Clericus iniuste censuratus ab Episcopo, recurrat ad synodum. CAP. *Nemo*. CAP. *Omnis*. CAP. *Nihil*. Excommunicatio multum timenda, quia separat à Deo.

CAP. *Presbyteri*. CAP. *Irritam*. CAP. *Rursus*. CAP. *Quicumque*. CAP. *Qui vero*. Qui est grauatus sententia Episcopi, recurrat ad Concilium infra annum, & irritetur sententia iniusta.

CAP. *Qui iubente*. Qui iussus exire contemnit, tardius recipiatur ad veniam. GLOS. Hæc in laico, quia clericus deponitur. Item ob contumaciam pœna dupplicatur.

CAP. *Si Episcopus*. Si excommunicator moritur, successor potest absoluere excommunicatum. GLOS. Successor tenetur confirmare factum antecessoris. GRAT. Excommunicatio iniusta, licet sit timenda, tamen non ideo seruanda. GLOS. Allegando hoc dicit. Item contumax, vel inobediens, licet non commiserit peccatum, de quo tamen est excommunicatus.

CAP. *Nemo*. CAP. *Nullus*. Episcopus non excommunicet, nisi sit manifestum peccatum, nec aliter corrigi potest, idest sit contumax. 2

CAP. *Certum*. Qui ad synodum venire contemnit, vel veniens non obedit, vel ante tempus recedit, potest excommunicari.

CAP. *Quomodo*, (& alia duodecim capitula sequentia.) Sententia iniusta pastoris non nocet reo coràm Deo, nec indiget absolutione, nec timenda.

CAP.

CAP. *Non sunt audiendi*. Nobis est necessaria vita nostra, alijs fama nostra: nec sufficit bona vita, si non seruetur bona fama, quæ nocet proximo.

CAP. *Si quis*. CAP. *Veh*. Qui non recte iudicat, sed dicit bonum malum, & contra, se priuat potestate iudicandi, & debet perdere priuilegium.

CAP. *Episcopus*. Iniuste degradatus non potest exercere ordines, nisi prius recipiat insignia ordinum ab Episcopo, sicut quando fuit ordinatus. GRAT. Sententia, vt excommunicatio, potest esse iniusta, vel ex animo malo iudicis, vel quia non seruato ordine, vel defectu causæ, quia non est crimen.

3 CAP. *Qui recte*. CAP. *Illa*. CAP. *Ira*. CAP. *Cum apud*. CAP. *Summopere*. CAP. *Non licet*. CAP. *Pauper*. Sententia non est ferenda propter præmium, nec ob iram, vt Theodosius fecit. GRAT. Huic sententiæ prolatæ ex passione, & non amore iustitiæ, est obediendum.

CAP. *Seruetur*. Excommunicatus valide à suo Episcopo, non recipiatur ab alijs. GRAT. Sententia iniusta ex ordine est, quando non seruato ordine iuris fertur.

CAP. *Grauis*. CAP. *Quamuis*. CAP. *Eorum*. CAP. *Non solum*. In re dubia, vel non probata, vel si reus non sit præsens, & examinatus, vel cito credens, non ferat sententiam. GRAT. Sententiæ iniustæ ex ordine obediendum.

4 CAP. *Quatuor*. Humanum iudicium peruertitur metu, cupiditate, odio, amore. GLOS. Etiam miseria pauperum, nimia seueritate, vel remissione. Item non est constans iudex, cuius animi motum vultus detegit.

CAP. *Quicumque*. CAP. *Quisquis*. CAP. *Nemo*. CAP. *Vnicuique*. CAP. *Abijt*. CAP. *Existimant*. CAP. *Non solum*. CAP. *Nolite*. CAP. *Illud*. CAP. *Plerumque*. CAP. *Iniustum*. CAP. *Qui iustus*. Qui iniuste iudicant ex passione, vel mentiendo, v.g. se non esse christianum, grauiter peccant, & Christum negant, se ipsos ligant. GRAT. Tamen obediendum, si non contineant errorem intolerabilem.

CAP. *Si quis Episcopus*, (& decem capita sequentia vsque ad c. *Excellentis*.) Superiori præcipienti quid malum contra Deum, &c. non obediendum, & excommunicatio non tenet. GRAT. Non qui quocumque modo communicat cum excommunicatis, sunt excommunicati.

5 CAP. *Excellentissimus*. Qui communicat ex necessitate, vel ignorantia, absoluatur; idest non voluntarie. CAP. *Quoniam*. Vxores, liberi serui, ancillæ, rustici, & alij non multum curiales, & alij, qui ignoranter communicant cum excommunicatis, non sunt excommunicati. Item peregrini, & viator, si indiget, communicet. Item potest quis dare excommunicatis aliquid, non in sustentationem superbiæ, sed causa humanitatis. GLOS. Excommunicatus non potest petere debitum, sed tenetur reddere. Item si excommunicatus petit debitum, vxor tenetur reddere. Item clerici tenentur vitare excommunicatum, non sic patrem. An pater teneatur vitare filium excommunicatum, videtur non.

CAP. *Antecessor*. CAP. *Quod prædecessor*. Qui ex necessitate communicat cum excommunicatis, non tamen ex animo, vt in sacramentis, non est excommunicatus. GRAT. Modus, & forma excommunicationis hæc est.

6 CAP. *Debent*. CAP. *Canonica*. Episcopus cum 12. sacerdotibus tenentibus lucernas, excommunicet, & in iudicio ecclesiæ.

CAP. *Cum aliquis*. Forma reconciliandi excommunicatum petentem veniam,

veniam, & dantem cautelam manu, & ducatu introducat in ecclesiam, dicat psalmum, Kyrie, Pater, Oratio.

CAP. *De illis*. Qui excommunicati celebrarunt per tres annos, secunda, quarta, & sexta feria à vino, & carne abstineant.

CAP. *Sanctis*. Qui ex timore, vel necessitate communicarunt cum excommunicatis, minori pœnitentia absoluantur; qui sine causa, maiori.

Causa duodecima, De bonis clericorum: habet Quæst. quinque.

QVAESTIO PRIMA.

AN liceat clericis habere proprium. 7

CAP. *Omnis* (& per 15. capita ad CAP. *Futuram.*) Probat clericos non posse habere proprium. GLOS. Loquitur de clericis professis, saltem tacite.

CAP. *Futuram*. CAP. *Videntes*. CAP. *Habebat*. Tempore Constantini, qui cessit Romam Imperialem Petro, & successoribus imposterum, non sunt vendita prædia, sed data ecclesijs, vt Episcopi dispensent, sicut Christus habuit loculos; & nolite cogitare de crastino, non significat, quod nihil seruetur de pecunia, sed ne propter hoc Deo non seruiant, vel timore inopiæ iustitia deseratur.

CAP. *Certe*. Nolenti in communi viuere, non tollitur clericatus, sed relinquitur cũ proprio. GLOS. Plus peccat hypocrita, quàm clare delinquens.

CAP. *Episcopi*. CAP. *Manifesta*. CAP. *Sint*. CAP. *Ex his*. CAP. *Episcopus*. CAP. *Præcipimus*. Episcopus, si habet res proprias, potest illas dare suis, sed non res, vel fructus ecclesiæ: si Episcopus non habet propria, vel indiget, potest sibi, & suis prouidere de rebus ecclesiæ, vt nihil desit: cætera dispenset fideliter, secus puniatur. GRAT. Episcopi, qui habent vxorem, & filios, possunt habere proprium, vt Orientales, sic & clerici, alij non, nisi retinendo propria, à sumptibus ecclesiæ abstineant.

CAP. *Illi autem*. Qui nolunt renuntiare suis, si nihil accipiunt à dispensatore de rebus cõmunibus, non peccant, quia quodammodo sua relinquunt. GRAT. Non licet alicui accipere sibi præbendas, & annuos reditus speciales, quia succedunt eis, de quibus Actorum quarto.

CAP. *Res Ecclesiæ*. Nemo debet sibi appropriare res ecclesiæ, sed vltra necessitatem danda pauperibus. CAP. *Nulli*. Episcopus non sibi appropriet res ecclesiæ. GRAT. De præbendis acceptis necessarijs, quod superest distribuendum pauperibus, vel ecclesiæ. GLOS. Meum est æquiuocum, & potest dici re communi. 8

CAP. *Si priuatum*. Prælati non habent dominium, sed sunt dispensatores.

QVÆSTIO II.

AN res ecclesiæ alienatæ possideantur tute, vel possint reuocari. Resp. non, nisi in casibus iuris. 9

CAP. *Qui Christi*, vsque ad 13. Nemo potest vsurpare, vel alienare res ecclesiæ: alienatæ restituantur, & alienans fraude, puniatur vt homicida, & recipiens

cipiens prædia ecclesiastica à quocumque, est excommunicatus si non restituat, & est sacrilegus, & homicida, & reddit quadruplum, vel decuplum.

CAP. *Apostolicos*. CAP. *Et sacrorum*. CAP. *Sacrorum*. CAP. *Sicut*. Vasa sacra,& bona ecclesiæ pro redemptione captiuorum possunt alienari: qui aliter alienata accepit, est excommunicatus, donec restituat, & contractum scindat; & si Episcopus de ecclesiasticis monasterium construxit, monasterium dabitur ecclesiæ. GLOS. Hic captiui sunt qui capti sunt ab infidelibus, vel ab hæreticis, vel à talibus, vbi timetur periculum vitæ corporalis, vel animæ,& tunc tenetur redimere non solum ecclesia,sed quilibet priuatus.

CAP. *De viro nefando*. CAP. *Monemus*. CAP. *Quisquis*. CAP. *Non licet Papæ*. CAP. *Indigne*. CAP. *De rebus*. Inuasoribus rei ecclesiasticæ multæ, & graues pœnæ imponuntur: & non licet Episcopo, vel Abbati, vel Papæ alienare res ecclesiæ,& acta non tenent, & res restituenda cum fructibus sub pœnis, idest excommunicatione, & suspensione, &c.

10 CAP. *Vobis enim*. De oblationibus, & redditibus ecclesiæ fiant quatuor partes. Prima fit episcopi, secunda clericorum, tertia pauperum, quarta fabricæ: & si de quatuor fabricæ aliquid superest, ematur prædium in communem vtilitatem, vel seruetur ad maiorem fabricam.

CAP. *Qui & diuinis*, per 10. capita. Idem quod supra de quarta diuisione bonorum, & puniantur, qui calcant ecclesiastica priuilegia.

CAP. *Episcopus*. Si Episcopus moriens non habet filios, succedit pro hærede ecclesia: si habet filios,de bonis eius seruetur ecclesia indemnis.

CAP. *Diaconi*. CAP. *Quicquid*. CAP. *Alienationes*. Alienationes factæ à clericis, sunt nullæ, & puniantur.

CAP. *Hæc huius*. Mortuo Episcopo, vel animam agente, nullus quid accipiat, vel occultet sub pœna excommunicationis, sed ei, cui domus commissa est, & reseruentur futuro.

CAP. *Et si*. Episcopus, qui nihil ecclesiæ dedit, non potest aliquid alienare, vel seruos, liberos facere; & si facit, possunt reuocari in seruitutem.

CAP. *Si quis*. CAP. *Abbatibus*. CAP. *Si qua*. Qui instrumenta possessionis ecclesiæ supprimit, puniatur, & restituat. Idem si res alienat.

CAP. *Non liceat*. Qui mortuo Episcopo aliquid suscipit, decidet à suo gradu.

fol.38. CAP. *Precariæ*. Rescindantur pecuniæ, & alienationes factæ ab intrusis Sede vacante, & si opus est fiant, vt decet.

1 CAP. *Charitatem*. Si moriatur Episcopus, œconomi pro labore inuentarij faciendi nihil accipiant. Item visitatores alienæ parochiæ, possunt aliquid accipere pro suo labore.

CAP. *De laicis*. Laici, qui clericorum morientium bona sibi vsurpant, sunt excõmunicati,sed bona seruẽtur successori,vel dẽtur pauperibus pro eo.

CAP. *Illud*. CAP. *Non licet*. CAP. *Sicut*. Idem vt supra, & excommunicatio extenditur ad Metropolitanum, si rem mortui accipit, nec licet inuadere ecclesiam. GRAT. Propter necessitatem, vel vtilitatem est licitum alienare res ecclesiæ.

2 CAP. *Non habenti*. CAP. *Placuit*. CAP. *Sine exceptione*. Episcopus non alienabit res ecclesiæ nisi ob necessitatem, vel ob maiorem vtilitatem, & cum tractatu, & consensu cleri, aliter non tenet. GLOS. Si imminet necessitas, ita vt consilium expectari non possit, tunc solus Episcopus potest alienare. Item si vtiliter est cœptum, & effectus non sequitur, nisi fiat ecclesia

clesia locupletior, non sufficit, quia comparatur pupillo: verum est, quod si non est damnificata, contractus tenet, quia eo ipso, quod non est facta pauperior, intelligitur locupletior. Item si omnes consentiant, & non seruetur forma alienationis, alienatio non tenet. Item si fiat alienatio in casu non concesso, si seruatur forma, tenet, sed restituitur ecclesiæ si probat se læsam.

CAP. *Terrulas*. Terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas paruas, Episcopus in necessitate sine consilio fratrum potest distrahere. GLOS. Exigua, idest xx. solidorum, si sunt inutiles, vel inest necessitas. 3

CAP. *Fugitiui*. Episcopus potest alienare seruos ecclesiæ fugitiuos, qui teneri non possunt, vel si vendi merentur. CAP. *Iniustum*. Alios seruos non.

CAP. *Si quis*. Si Episcopus de suo aliquid dat ecclesiæ, tantundem potest alienare de ecclesia sine pœna. GLOS. Cum tractatu, & consensu canonicorum.

CAP. *Si quos*. Episcopus si dat libertatem seruis ecclesiæ benemeritis dando aliquid de ecclesia, successor debet ratum habere; si illud aliquid non excedit xx. solidos; si excedit, excessum recuperet. GLOS. Donatio potest tenere pro parte, sed pro parte non, & non vitiatur per inutile.

CAP. *Episcopus*. Si Episcopus vult manumittere seruum ecclesiæ non retento patrocinio ecclesiastico, det duos seruos similes ecclesiæ, & fiat. Item manumissus si agit contra ecclesiam accusando, vel testificando, fiat iterum seruus. GLOS. Vniuersitas sicut non delinquit, sic nec potest accusari: sed hic accusare stat pro agere: vel si accusetur Episcopus caput ecclesiæ, vel pro inquiri, vel accusatur ecclesia, idest singuli, vel simpliciter potest accusari, sicut delinquere. 4

CAP. *Quæstionum*. Serui in criminalibus, si sint soli, non audiantur sine indicijs, exceptis certis criminibus: in pecuniarijs ex inopia probationum audiantur.

CAP. *Insolitum*. Non solent audiri serui contra tutores, matrem dominorum, nisi agatur de tutela.

CAP. *Liberti*. CAP. *octaua*. Liberti ecclesiæ propter ingratitudinem, vt si contemnant obedire, vel male faciunt contra, &c. iterum fiant serui.

CAP. *De libertis*. Liberti ecclesiæ si canonice ordinentur, sunt liberi cum filijs, sed sub patrocinio ecclesiæ.

CAP. *Longinquitate*. CAP. *Liberti*. Liberti ecclesiæ profiteantur coràm electo Episcopo se tales, & non discedant à patrocinio ecclesiæ.

CAP. *Quicumque*. Si Episcopus promisit aliquid in remunerationem impensi obsequij, tenetur soluere.

CAP. *Ecclesiasticis*. Qui laborant pro ecclesiæ vtilitate, donandi sunt aliquo munere, vt seruo, si egent. 5

CAP. *Cum Redemptor*. Instinctu pietatis serui possunt fieri liberi, & condonari peculium quod habent.

CAP. *Ecclesiarum*. Nemo angariare debet seruos ecclesiasticorum sub pœna excommunicationis.

CAP. *Aurum*. CAP. *Gloria*. Res ecclesiæ pro operibus pijs impendendæ.

CAP. *Sæpe fit*. Clericus ab Episcopo non accipiat res ecclesiæ, nisi precario nomine, vt si contemnat decidat.

CAP. *Si Episcopus*. CAP. *Bona*. Episcopus consensu capituli potest dare paro-

parochialem pro monasterio construendo, & aliqua bona ecclesiæ, idest quintam partem.

CAP. *Religiosam.* Res ecclesiæ cum proprietate iuris pro monasterijs ædificandis dari possunt, vt fecit Gregorius.

QVÆSTIO III.

6 AN qui nihil habet, si fiat Episcopus, vel clericus, & aliqua acquirit, illa debeat dare ecclesiæ. Resp. si intuitu ecclesiæ, sic.

CAP. *Placuit.* Qui nihil habet, & ordinatur Episcopus, vel clericus, & intuitu ecclesiæ, vel bonis ecclesiæ acquirit aliqua, illa relinquat ecclesiæ: si vero illi intuitu personæ liberaliter dantur, vel ex successione, faciat de his quicquid voluerit, dummodo non negotietur. GLOS. Sacerdos si de pecunijs Ecclesiæ aliquid emat suo nomine, illud acquiritur ecclesiæ. Item in dubio præsumitur. *Ead. q. nc. sint manifeste.*

CAP. *Quicumque.* Sacerdos quæ suo artificio, vel datione amicorum, vel testamento acquisiuit non tenetur dare ecclesiæ: & si moritur ab intestato, ecclesia sibi vendicat illa. GLOS. Si non habet hæredem.

CAP. *Pontifices.* Quando aliquid relinquitur Episcopo pro redemptione animæ suæ, siue coniunctim relinquatur Episcopo cum ecclesia, siue separatim Episcopo non pro commodo Episcopi, illud acquiritur ecclesiæ: si datur cum fideicommisso, illud detur domino. GLOS. Si datur tantum Episcopo, non tenetur diuidere cum ecclesia. Item semper præsumitur quod relictum Prælato sit intuitu ecclesiæ: si datur simplici canonico, non tenetur diuidere cum ecclesia.

CAP. *Episcopus.* Potest Episcopus tertiam partem de rebus parochialium ecclesiarum sibi debitam, ecclesiæ relinquere.

QVÆSTIO IV.

7 SI aliquid acquiritur, vel emitur partim pretio Episcopi, partim pretio ecclesiæ, cuius erit. Resp. pro rata.

CAP. *Sacerdotes.* Si sacerdos de pecunia ecclesiæ aliquid suo nomine emit, rescindat contractum, & faciat nomine ecclesiæ: si de sua, & de pecunia ecclesiæ, pro rata parte res diuidatur cum ecclesia, & hæredibus eius. GLOS. In dubio præsumitur de communi pecunia.

CAP. *Quicumque.* Prælatus, qui vt sua augmentaret, detrimentum intulit bonis ecclesiæ, reintegret ecclesiam; si contra, & probat, ecclesia satisfaciat ei. GLOS. Prælatus, si negligit acquirere ecclesiæ, cum posset, & sibi acquisiuit, tenetur ad damna, vt tutor.

CAP. *Presbyter.* Presbyter qui emit, faciat instrumentum pro ecclesia, vel discedat ab ecclesia.

QVAESTIO V.

8 CLericus de rebus proprijs potest dare, & testari, si non renuntiauit; de rebus ecclesiæ non, nisi tantundem de suo compensauit ecclesiæ. GLOS. Si adest consuetudo, potest aliqua mobilia dare.

CAP.

CAP. *Nulli*. CAP. *Obitum*. CAP. *Quia*. CAP. *Fixum*. CAP. *Si Episcopus*. CAP. *Sicubi*. CAP. *Quicumque*. Sacerdos de bonis proprijs potest testari parentibus, non de bonis ecclesiæ, & si det restituatur, nisi tantundem de suo ecclesiæ dederit; & nisi Papa ratum habeat: & si Episcopus moritur ab intestato, clerici faciant inuentarium exactum; & qui aliquid accipit, conuincitur fur, & si Episcopus moritur ab intestato, nec habet hæredes, succedit sua ecclesia. Idem de quolibet clerico.

Causa decimatertia, De decimis, quibus clerici viuunt, vnde, qui, & quibus sunt soluendæ: habet Quæst. duas. 9

QVAESTIO PRIMA.

QVi habent prædia in vna diœcesi, & ipsi viuunt in alia, in qua sumunt sacramenta, & sepeliuntur, cui soluant decimas. GLOS. Decimæ, vel sunt prædiales, aut personales; prædiales sunt dandæ, vbi prædia sita sunt, nisi obstet consuetudo; personales quæ proueniunt ex artificio, vel negociatione, sunt dandæ ecclesiæ, vbi recipiuntur sacramenta. Item nouæ decimæ, si parochia non est limitata: nouallium decimæ dabuntur ecclesiæ arbitrio Episcopi, cui voluerit; in dubio dentur matrici, vel vbi diuina audiuntur.

CAP. *Ecclesias*. Singulis presbyteris ecclesias Papa Dionysius diuisit, vt nemo inuadat terminos alterius. GLOS. Ergo illis decimæ dandæ.

QVÆSTIO II.

AN præscriptione temporis tollatur ius percipiendi decimas, & funerandi. GLOS. Præscriptione temporis hic triginta annorum infra sexdecim. *q.4. c.volumus.* quadraginta annorum ius percipiendi decimas, & funerandi tollitur. 10

CAP. *Facultates*. Episcopus possidens facultates ecclesiæ, vel diœcesis per triginta annos, præscribit. GLOS. Ecclesia contra priuatum præscribit triginta annis, contra ecclesiam quadraginta.

CAP. *Ebron*. CAP. *Vnaquaque*. CAP. *Vltima voluntas*. CAP. *Illud etiam*. Licet consuetum sit sepelire liberos, vbi iacent parentes, & coniuges tantum, tamen attendatur vltima voluntas eligentis sepulturam, si non est seruus. GLOS. Vltima voluntas rationabilis seruanda, vnde qui vult suum corpus iactare in mare, non seruandum.

Vbicumque. CAP. *Placuit*. Eligatur sepultura in matrice, vel in religiosa ecclesia, vel vbi accipit sacramenta, nec temere sint relinquenda sepulchra parentum, & si Prælatus contrarium suadet, excommunicetur. GRAT. Non temere, sed ex causa rationabili potest mutare sepulturam.

CAP. *Si quis irascitur*. Si pater moriens exhæredet filium, ecclesia non acceptet hæreditatem, sed reconciliet filium presbyteri: sed si vult habere Christum pro vno ex filijs, & pro rata portione relinquere ecclesiæ, acceptet. GLOS. Presbyter sine causa legitima non potest exhæredare filium. Item presbyter ex iracundia potest omnia sua bona ecclesiæ, dummodo legitimā relinquat filio. *17.q.4. sunt qui*. Item dedit omnia bona sua ecclesiæ, quia fol. 39. 1

non habebat filios: si cœpit habere filios, honestum est, vt ecclesia restituat omnia bona.

CAP. *Qui oblationes*. CAP. *Clerici*. Qui oblationes defunctorum nolunt, vel difficulter soluunt, idest legata, excommunicentur.

CAP. *Questa*. CAP. *Postquam*. CAP. *In ecclesiastico*. CAP. *Precipiendum*. Pro loco sepulturæ, vel pro sepeliendo nihil muneris accipiendum à coactè dantibus: si sponte tamen parentes offerunt, vel ipsi in morte reliquerunt, potest accipi. Item in ecclesia nullus sepeliendus, sed in cœmeterio, vel porticu.

CAP. *Quibus*. CAP. *Cum grauia*. CAP. *Nullus*. CAP. *Non æstimemus*. Mortuis in peccato sacra sepultura non iuuat, immo grauātur à præsumptione: bonis in ecclesia sepultis iuuat, quia orantes eorum recordantur; & honor sepulturæ non est præsidium salutis, sed obsequium humanitatis.

CAP. *In præsenti*. CAP. *Pro obedientibus*. CAP. *Anima*. CAP. *Tempus*. Damnatis non prosunt, sed mortuis in pœnitentia prosunt sacrificia, preces, eleemosynæ, ieiunia ante diem iudicij.

CAP. *Quia*. Dies certi. 1.3.7.30.40. habent originem à testamento veteri.

CAP. *Quàm præposterum*. CAP. *Vbicumqꝫ*. CAP. *Habent*. CAP. *Qui diuina*. Mortuos non debemus flere, sed cum psalmis sepelire (ibi multa.)

CAP. *Fatendum*. Mortui nesciunt quæ hic aguntur, nisi eis reueletur Deo volente per Angelos, vel eos qui hinc discedunt, vel si huc veniant.

CAP. *Quæsitum*. Suspectis in partibus, si sint pœnitentes, sicut non denegatur communio, sic nec sepeliri in ecclesia, & Missæ.

CAP. *Fures*. Idem de latronibus, qui vulnerati moriuntur confessi, &c.

CAP. *Si fur*. Interfectoribus latronum pœnitentia imponitur.

Causa decimaquarta, De clericis circa propria sua temporalia: habet Quæstiones sex.

QVAESTIO PRIMA.

AN liceat clericis sua repetere. GLOS. Si renuntiarunt proprijs, non possunt suo, sed ecclesiæ nomine.

CAP. *Episcopus*. Episcopus etiamsi in iudicio vocetur, non litiget pro transitorijs. GRAT. Pro captando lucro, sed potest pro damno vitando, vel pro re communi.

CAP. *Quod debetur*. Non peccat qui exigit debitū, sed qui petit, quod non debetur. CAP. *Quisquis*. Est peccatū non obedire præceptis, nō sic consilijs.

QVAESTIO II.

AN liceat producere domesticos in testes. Resp. in causa criminali non, in ciuili licet.

CAP. *Super*. In causa criminali domestici non possunt esse testes, in ciuili sic. GRAT. Sicut & pro ecclesia. Item clerici non sint testes in contractu, nisi iubente Episcopo.

CAP. *Quamquam*. In sæcularibus negotijs, & instrumentis faciendis sacerdotes

cerdotes, non sint testes, nisi in casu necessitatis de licentia Episcopi, & honorifice.

QVÆSTIO III.

AN sit vsura aliquid vltra sortem accipere, vel sperare. Resp. sic. 3
CAP. *Si fœneraueris*. CAP. *Putant*. CAP. *Plerique*. CAP. *Vsura*. Est vsura vltra sortem aliquid accipere, quicquid sit illud, vel munusculum.

QVÆSTIO IV.

NEc laicis, nec clericis licet vsuras accipere.
CAP. *Clerici*. (& seq. 11. cap.) Nulli est licita vsura, nec clericis licet negotiari, idest emere vilius, & carius vendere ex animo, sub pœna excommunicationis, nec clericus debet accipere plusquam commodauit. GLOS. Non licet clerico negotiari, sed facere artificium ex rudi materia.

QVAESTIO V.

AN liceat facere eleemosynas ex vsuris, vel male acquisitis. GLOS. De quibus non transfertur dominium, vt in furto, vel datur repetitio, vt in vsura. De alijs potest, vt in meretricio. 4
CAP. *Nolite*. (vsque ad 14. cap.) Non est facienda eleemosyna de vsuris, vel rapinis, nec quid accipiendum diuiti, vt detur pauperi, nec de inuentis, quia non sunt sua, nec bonus vsus rei alienæ excusat. Item cum alterius damno non debet subuenire proximis: commodius est neutrum iuuari, quàm grauari alterum. Ideo sacerdos non debet interuenire in causa pecuniaria, quia sæpe alter grauatur, quia sacerdotis est nulli nocere, vel omnibus prodesse, posse solius Dei est.
CAP. *Qui habetis*. CAP. *Non sanè*, De male acquisitis potest fieri bonum. (vide ibi multa.)

QVÆSTIO VI.

VSurarij non possunt agere pœnitentiam, nisi restituant mala ablata, si possunt reddi. 5
CAP. *Si res*. CAP. *Comperimus*. CAP. *Hi qui*. CAP. *Fur autem*. Qui potest, & non restituit, non agit veram pœnitentiam, & fur impotens iure patitur in pœnam peccati, & qui rem alienam consecrauit, Episcopus reddat non rem sacram, idest calicem, sed pretium, nec ecclesiastici debent intercedere pro latronibus, & fur est etiam in re pa ua.

Causa decimaquinta, De incontinentia clericorum, & de actis mente alienata: habet Quæstiones octo.

QVAESTIO PRIMA.

AN ea, quæ fiunt mente alienata, sint imputanda. Resp. non, si non est voluntarium.

CAP. *Merito.* (cum sequent. 13.) Si non adest voluntas, non peccatum; licet in lege puniatur opus, aliquando culpa solet esse in causa, vt in ebrio. (vide ibi.)

QVÆSTIO II.

AN pro impensis patrocinijs clericus debeat accipere munera. Resp. non *c. obseruandum*. GLOS. Est derogatum huic capitulo ex consuetudine.

CAP. *Obseruandum*. Clerici pro patrocinijs more sæcularium non possunt quid petere, sed sponte oblata possunt accipere. GLOS. Est derogatum huic capitulo ex consuetudine.

QVÆSTIO III.

AN confessione Mulieris sacerdos sit condemnandus. Resp. non.

CAP. *De crimine*. CAP. *Ex eo*. CAP. *Certis*. CAP. *Sanè*. CAP. *Nemini*. Mulier non potest aliquem accusare in iudicio publico nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, quando est ei specialiter concessum, vt in simonia, hæresi, læsæ maiestatis, eo modo secundum canones testificari, sed secundum leges potest testificari. Item confitenti suum crimen non est credendum contra crimen alienum, idest socium, nisi sit crimen læsæ maiestatis, simoniæ, latrocinij. GLOS. Socius tamen debet se purgare, & nisi adsit præsumptio.

QVÆSTIO IV.

6 AN die Dominico sint audiendæ causæ. Resp. non.

CAP. *Nullus*. CAP. *Placita*. CAP. *Nullus*. Diebus Dominicis, & feriatis clerici non iudicent causas; in alijs sic, excepta causa criminali sanguinis: nec etiam licet in ieiunijs, & certis temporibus. GLOS. Hodie non seruantur in curia hæc tempora orationum. Item in diebus festis potest tractari de pace, vel si actio esset tempore peritura, vel si agatur de tutoribus dandis, vel amouendis officiatis, de alimentis, de atrocibus iniurijs, de liberalibus causis, vel contra insignes latrones. Item si partes spontaneè velint litigare feratis diebus, possunt; secus, sententia non tenet. Item libellus potest dari in die festo de causa matrimoniali, de electione Episcopi.

QVAESTIO V.

AN neganti sit præstanda purgatio. Resp. non, nisi sit infamatus.

7 CAP. *De crimine*. CAP. *Presbyter*. Presbyter accusatus de crimine, si non est per idoneos testes legitime conuictus, vel confessus, non potest suo gradu deponi, vel puniri; si laborat infamia, purget se iuramento coram Episcopo, & alijs. GLOS. Propter confessionem extra iudicium factam nemo potest suspendi, vel damnari. Item si Episcopus scit clericum infamatum esse verè reum, licet non probetur an debeat ei dare purgationem purgatoriam, aliqui affirmant, quia secundum leges procedit; alij melius negant, quia est occasio peccari periurij.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

AN confessio Rei sit extorquenda cruciatibus. GLOS. Iudex aliquando potest torquere reum,testem,actorem (vide.) 8

CAP. *Si quandoque*. Confessio facta per vim, metum, vel fraudem non præiudicat, vel nocet. GLOS. Metus vel coactio conditionalis non excusat à predicto in totum.

CAP. *Auctoritatem*. Qui coacte se obligauit ad aliquid,etiam iuramento,absoluitur ab obligatione, nec remanet infamis. GLOS. Quia sicut si rem dedit potest eam repetere, quia non iurauit non repetere,multò fortius potest se tueri exceptione, quia cui datur actio, datur & exceptio: sed prius petat à iudice, vt soluat eum à iuramento, vel cogat illum non recipere, vel soluat, & postea repetat. sed si iurauit non repetere,hoc ipsum dicat ecclesiæ,& soluatur: si iurauit non denuntiare,non tenetur seruare iuramentum, quia de re illicita. (De absolutione iuramenti multa ibi.)

CAP. *Alius*. CAP. *Nos*. CAP. *Iuratos*. Papa potest absoluere populos à iuramento fidelitatis, & deponere Imperatores, Regem inutilem, vel excommunicatum, & vt excommunicato non obediant.

QVÆSTIO VII.

AN absque synodo Episcopus possit sacerdotem damnare. 9

CAP. *Sexta*. (& per 7. cap.) Solus Episcopus non potest condemnare presbyterum, vel clericos, sed cum synodo, vel cum aliis Episcopis, vel clero.

QVAESTIO VIII.

QVi ante ordinationem lapsum se confitetur, an ministret.

CAP. *Qui admisit*. CAP. *Hi qui*. CAP. *Cum multa*. CAP. *Si quis*. CAP. *Sciscitantibus*. Qui confitetur crimen commissum ante ordinationem; si non est depositione dignum,acta pœnitentia celebret; si est depositione dignum, & confitetur extra ius,non abstineat; si ex timore confitetur, vel conuincitur,abstineat. Item cum lapsis in peccato carnis quid agendum. Item ab adultero sacerdote, & tolerato possunt sacramenta accipi sine peccato, id est à non reprobato ab Episcopo.

An sacerdos fornicator sit suspensus, infamis. (vide ibi.)

Causa decimasexta habet Quæstiones septem. fol.40.

Hactenus de statu,& ecclesiis secularium clericorum: nunc de monachis, & ministeriis per sex causas. 1

QVAESTIO PRIMA.

AN monachis liceat populis officia celebrare, baptizare, & pœnitentiam dare. GLOS. In suis monasteriis, *c. placuit*, vt in capellis monasterij ple-

rij pleno iure possessis. *eod. q.2. c. visis*. Item si regimen populi, seu parochiæ committitur populis ab Episcopo cum consensu Abbatis. *dist.58. c.1. c. doctores. c. moderamine. c. ex auctoritate*. Sed an ipso iure possit committi, vel ex dispensatione? res est dubia hodie, licet antiquitus ex dispensatione. *c. in ecclesijs. de capellis monachor. & de statu monach. cap.2.* Item antiquitus pro necessitate, hodie pro vtilitate ecclesiæ possunt admitti monachi, sed cum socio, & non soli. Item Glos. tenet quod de iure communi potest præfici monachus parochiali, si habet socium sui ordinis, sed canonicus regularis sine socio sui ordinis.

CAP. *Placuit*. Monachus sit singularis, nemini tribuat pœnitentiam, nisi sibi inuicem, mortuum non sepeliat, nisi fratres morientes in monasterio. GLOS. Loquitur de monasterio non habente populum. Item Parochianus peccans in aliena diœcesi confiteatur parocho illius loci, quia ratione delicti est subditus.

CAP. *Nemo*. Monachus non potest ordinate persistere in regula, & seruire ecclesiasticis obsequijs. GLOS. Monachus præfectus ecclesiæ non tenetur seruare regulam.

CAP. *De monachis*. Monachus electus ad ecclesiam secularem, non discedat à monachali proposito. GLOS. Quantum ad substantialia vota, & habitum, quia ab his non absoluitur; sed à ieiunijs, silentio, & vigilijs, & potest comedere carnes, ne alijs sit scandalum: & intelligitur, si transfertur ad ecclesiam secularem non subiectam Abbati; sed si ecclesia est subiecta Abbati, quoad temporalia respondebit Abbati suo; sed quoad spiritualia eximitur ab obedientia Abbatis. Si vero ex toto est subiecta Abbati, tunc non eximitur nisi in ieiunijs, &c. nec debet regere illam ecclesiam secundum officium monachale, sed seruet consuetudinem ecclesiæ.

2 CAP. *Monachus*. CAP. *Si cupis*. CAP. *Alia*. CAP. *Ecclesia*. Officium monachi est plangere non docere, & esse simplex extra Vrbem, non agere de pecunijs: clerici pascunt, monachus pascitur: nihil agat sine consilio senatus clericorum.

CAP. *Placuit*. Monachus non præsumat exire pro lucro, nec pœnitentiam dare, nec baptizare, vel leuare de baptismo, nec visitare infirmum, nec mortuum sepelire, nec transire ad ecclesiam secularem, nec se immiscere alijs negotijs, sed sit in claustro, vt piscis in acqua, & solitarius tristis fleat. GLOS. Ingressus religionis æquiparatur morti naturali, & idem est ius circa dotem, vel donationem propter nuptias in morte naturali, ac in ingressu religionis. Item in solis illis casibus mors ciuilis æquiparatur morti naturali, vbi hoc in iure cautum inuenitur.

CAP. *Peruenit*. Monachi non præsumant vendicare sibi episcopalia iura, & officia, nec sine licentia Episcopi, vel Papæ dent pœnitentiam, absoluant, reconcilient, vel ecclesias, vel decimas, sub pœna excommunicationis. *ead. cap. qui vere*. GLOS. Abbates non debent exercere episcopalia iura, nisi ea præscripserint. *cap. auditis, de præscription.*

CAP. *Interdicimus*. Monachi, & Abbates non dent publicas pœnitentias, nec infirmos visitent, nec agant, nec cantent Missas publicas; sed ab Episcopo loci accipiant chrisma, oleum, consecrationes altarium, ordinationes.

CAP. *Iuxta*. Monachi non vagentur extra claustra, nec prædicent populis.

CAP. *Qui vere*. Monachi, qui sunt in ciuitatibus, sint subiecti Episcopo, & ex-

& extra claustrū non tractent ecclesiasticas actiones, nisi ex necessitate iubē-te Episcopo. Item non recipiant in monachum seruum, nisi de licentia domini: qui contra hæc facit, est excommunicatus. Item Episcopus curam habeat de monasterijs. GRAT. Monachi per cap. 1. non prohibentur sepelire aliquem in suo monasterio, sed non confluant, vt seculares ad sepeliendum per capellas.

CAP. *Agapitus.* Mortui possunt in propria ecclesia, & Missam celebrare, & mortuos sepelire. GLOS. Missas celebrent, si habet populū monasterium. 3

CAP. *Admonere.* CAP. *Consideratio.* CAP. *Vbicumque.* Vltima voluntas testatoris seruetur ab Episcopo. GRAT. Ergo quis potest sepeliri in monasterio, si vult.

CAP. *Quidam.* Episcopus cogat monachos egressos, sine licentia redire ad monasteria, & relinquere curiam secularem, vel exulent. CAP. *Probinum.* Idem.

CAP. *Adijcimus.* Monachi, vel laici, licet sint docti, non audeant prædicare, sed prædicent sacerdotes Domini. GLOS. Nullus qui non est in sacris, vel cum licentia, & laici, & mulieres cum licentia sacerdotis possunt prædicari, id est legere. *c. dilectus, dist. 15.* sic, & subdiaconus ratione dignitatis.

CAP. *De præsentium.* Monachus non faciat negotia secularia, non sit defensor vt iudex, aduocatus, procurator. *cap. sed nec: ne clerici, vel monach.* GLOS. Non potest sine licentia etiam esse arbiter, sed Abbas potest sine licentia. Item nisi miserabilium personarum. *c vlt dist. 86. & 15. q. 2. c. vnico.* GRAT. Monachus si habet populum sub se, potest omnia officia, & ministeria, vt clericus secularis.

CAP. *Doctos.* CAP. *Si monachus.* CAP. *Moderamine.* CAP. *Ex auctoritate.* CAP. *Sunt nonnulli.* Monachus, cui cura animarum imponitur, potest omnia facere, vt clericus, prædicare, baptizare, absoluere, communicare, decimas, oblationes sibi accipere. GRAT Monachus potest habere curam, si populus eum eligit, si Episcopus instituit consentiente Abbate. 4

CAP. *Sic viue.* CAP. *Si clericatus.* CAP. *Si quis monachus.* CAP. *Monachos.* CAP. *Vos autem.* CAP. *In parochia.* Qui bene est conuersatus in monasterio iudicio Abbatis, & Episcopi, potest ordinari per interstitia, & exercitia vsque ad sacerdotium, & episcopatū pro necessitate ecclesiæ, nec debet fugere.

CAP. *Si quem.* Si clericus fiat monachus, & bene viuat, Episcopus, cui prius m[illegible]bat, si ita iudicat, potest illum ordinare in sacerdotem.

CAP. *Monachi.* CAP. *Cum pro vtilitate.* CAP. *Monachi.* CAP. *Legi.* Monachus non ordinetur sine consensu Abbatis, multo minus fugitiuus. Item monachi nec tertiam, nec quartam dabunt Episcopo de facultatibus monasterij. Item monachus non præsumat accipere officium ecclesiasticum, sine imperio Abbatis. Item non sit susceptor, vel exequutor negotij forensis, nisi pro vtilitate monasterij iubente Abbate. GRAT. Licet monachus possit fieri clericus, vt supra; tamen si fiat Episcopus, vel Cardinalis, non potest in vtroque dispensari, & sic intelligitur *c. nemo, eod. supra.*

CAP. *Ne pro cuiuslibet.* Abbas, vel monachus, si promoueatur ad officium ecclesiasticum, vel sacrum ordinem, non habeat vlterius potestatem in monasterio. GLOS. Ad ordinem sacrum, idest episcopatum. Item non definit esse Prælatus prioris ecclesiæ, nisi habeat corporalem possessionem secundæ. *c. cum in cunctis, de elect.* 5

H 4 CAP.

CAP. *Presbyteros*. Clerici sæculares non eligantur ad Prælaturas regulares, nec contra, quia non debent vtrumque tenere. GRAT. Prædicta intelliguntur, vel generaliter, vel specialiter per priuilegium datum alicui.

CAP. *Hinc est*. In loco particulari Franciæ Abbas non potest esse Episcopus, & in electione Abbatis interfit Rex. GLOS. Speciale priuilegium loci, & personæ non transit in exemplum. GRAT. Supradicta, vt in *c. presbyteros*, non prohibet Abbatem fieri sacerdotem, sed ne maneat in clericali militia: sic monachus non doceat, idest ex eo, quia monachus; sed si sit clericus doceat. vel loquitur de monachis idiotis.

6 CAP. *Generaliter*. Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, monachus, dum inseruiunt Deo, sunt immunes ab omni tutela, & cura cuiusuis personæ, nec cogantur præstare sordida munera, nec imponatur eis extraordinarium tributum, vel pensio.

CAP. *Cunctis*. Fideles, & maxime clerici, nihil agant sine licentia Episcopi, Non ministrent, Non baptizent. GLOS. Sufficit licentia generalis, vel si inuitetur ab alio presbytero. GRAT. Monachi de agris, & vineis, quas proprijs expensis colunt, non soluant decimas, sed si talia prædia prius soluebant, tunc quoque soluant decimas. GLOS. Quilibet tenetur soluere decimas, si non ostendat se exemptum. *c. à nobis, de decimis*, etiam regulares de nouo acquisitis *c. nuper, eod.* etiam si manibus proprijs colant, licet secundum ius antiquum non tenerentur.

7 CAP. *Si quis*. Quando dantur, vel venduntur prædia, semper ecclesiæ quæ erat solita, habebit decimas; si secus, alienatio est irrita, & cogantur censura ecclesiastica. GLOS. Clerici soluunt decimas de proprijs præbendis, & res transit cũ onere suo, & pactum tenet quoad contrahentes, & si fructus diuisi, vterque conueniendus.

CAP. *Ecclesia*. Ecclesiæ antiquæ non priuentur decimis, vel possessione, vt dentur nouis oratorijs. GLOS. Si ecclesia enormiter lædatur, secus Episcopus potest saltem cum consensu sacerdotis. *c. bonæ rei, & c. nulli xij. q. 2.* & *c. nulli 1. q. 1.* & solus Papa potest ab vno auferre, & dare alteri *c. conquestus. 9. q. 3.* Quamuis non videatur alienare qui ab vna ecclesia aufert, & dat alteri, sicut nec qui frater dat sorori.

CAP. *Quicunque*. Ecclesia antiqua propter nouas non perdat suam iustitiam, vel decimam. GLOS. Quando contenditur de iure, semper standum est pro antiquiore ecclesia, & decimæ dentur baptismali.

CAP. *De decimis*. Decimæ debentur ecclesiæ, vbi baptizantur. GRAT. Licet antiquæ ecclesiæ non debeant priuari suo iure propter nouas, tamen monachi sunt liberi à decimis soluendis suorum prædiorum, non propter auctoritatem vendentis, vel ementis, sed auctoritate Maguntini Concilij, & Paschalis secundi.

8 CAP. *Quæsti*. Episcopi, & Abbates de Agris, & Vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendium habent, faciunt deferre decimas ad suas ecclesias, sed eorum familiæ ibi dent decimas, vbi per annum missas audiunt, & eorum filij baptizantur. GLOS. Familiæ, idest coloni, & coloni partiarij, idest qui partem fructuum accipiunt, tenetur dare decimas illius portionis, & eorum Domini decimas pro alia portione. *c. quoniam, c. à nobis, c. tua nobis, extra, eod.* Idem de colono pensionario. Item clerici non dabunt decimas de bonis ecclesiæ. *c. fraternitatem. c. quoniam de decimis.* Item dentur decimæ personales

vbi

vbi facra accipiunt, prædiales vbi funt prædia. *c. ftatuimus, eod. c. apoftolica, eod.*

CAP. *Decimas.* Monachi, & clerici communiter viuentes de laboribus, & nutrimentis fuis non foluant decimas. GLOS. Nec fi colant agros fuis fumptibus. Item monachi, & clerici communiter viuentes æquiparantur communi priuilegio. *c. quoniam, de vita, & honeft. c. 1. qui clerici, vel monachi c. monachi. c. ex tenore, de fent. excommun.* GRAT. Papa poteft Epifcopatus vnire, diuidere, & Epifcopos eximere inconfultis Archiepifcopis.

CAP. *Et temporis.* CAP. *Poftquam.* CAP. *Felix.* CAP. *Multis.* CAP. *Frater.* Mortuo Epifcopo Papa redigit duos Epifcopatus in vnum, & diuidit Epifcopatum in duos cum nouo Epifcopo, fed cum confenfu ordinarij eximit Epifcopum à iurifdictione Metropolitani fub pœna excommunicationis. GLOS. Multis modis poteft fieri vnio, primo vt vna fubijciatur alteri, & fic dignitas Epifcopalis erit in ea: fecundo, vt ex duabus fiat vna fola ecclefia cum canonicis vtriufque: tertio, vt vtraque remaneat Epifcopalis, & fic erunt duo Epifcopatus, & poffunt fubeffe diuerfis Metropolitanis, vt exemptio fimpliciter eximit vniuerfaliter. 9

CAP. *Præcipimus.* Auctoritate Papæ, fi creuit populus, poteft de nouo Epifcopus ordinari. GRAT. Idē poteft Epifcopus in parochijs. GLOS. Eft falfum. 10

CAP. *Plures.* In vno termino fit vnus fons Baptifmatis, & fi fit lis, populus difcernat teftimonio, vel iuramento difpenfet.

CAP. *Statuimus.* CAP. *In Sacris.* CAP. *In canonibus.* CAP. *Similiter.* CAP. *Quia.* Qui decimas, oblationes, iura, & bona ecclefiæ, vel Epifcopi vfurpat, excommunicatur. GRAT. Epifcopi præter tertiam, vel quartam fecundū confuetudinē loci nihil accipiunt de bonis ecclefiæ. CAP. *Conftitutam.* CAP. *Poffeffiones.*

CAP. *Nulli.* Epifcopus à Clero, vel pio loco non accipiat donationes præter ftatuta patrum, quia debet pafcere, & non lucrari. GLOS. Non petat à paupere.

CAP. *Ad hoc.* De redditibus ecclefiæ, vel eius prouentu Epifcopus difcrete diftribuat quartam partem clero. GLOS. Loquitur quando bona non funt feparata. fol. 41. 1

CAP. *Prædicator.* Epifcopus nihil debet exigere ob turpe lucrum à monachis, vel clericis fuis. CAP. *Reuertimini.* Sunt multæ maledictiones non foluentibus decimas. (Vide)

CAP. *Decimæ.* Soluentibus decimas multa bona Deus dat, & contra. CAP. *Apoftolicis.* Qui religiofis viris non dat, fe fterilem facit.

CAP. *Quoniam.* De decimis clerici poffunt fuftentare monachos, & religiofos, & Epifcopi non poffunt eas dare fæcularibus.

QVÆSTIO II.

An monachi habeant capellas ab Epifcopo, debeant ipfi ftatuere, vel Epifcopus. GLOS. Pleno iure, ideft in temporalibus, & fpiritualibus monachi inftituunt: fi non, ideft in temporalibus tantum, Epifcopus inftituit ita, vt monachis refpondeant in temporalibus, Epifcopo in fpiritualibus. 2

CAP. *Vifis.* Capellæ monachorum debent gubernari per presbyteros à monachis inueftitos. GLOS. Si pleno iure illas habeant, vel fuerint datæ fimpliciter.

CAP.

CAP. *Admonemus.* CAP. *Præcipimus.* CAP. *Nullus.* CAP. *Nam qui.* Decimæ soluendæ de proprio, ne Deus auferat necessaria, & non soluens potest excommunicari, nec potest facere veram eleemosynam.

CAP. *Sanè.* CAP. *Statuendum.* Episcopus in ecclesijs, & parochialibus monachorum instituat sacerdotes cum consensu Abbatum, qui in temporalibus respondeant Abbatibus, in spiritualibus Episcopo. GLOS. Loquitur de capellis, quas non habuerant pleno iure, & in *c. visis,* de pleno iure, sed habet temporalia tantum.

QVÆSTIO V. *Mutat ordinem.*

3 AN Abbas possit sibi vendicare ecclesias ædificatas in suo territorio iure territorij. Resp. non quoad spiritualia, sicut nec Episcopus, qui in aliena diœcesi, sed in suo fundo ædificat.

CAP. *Si quis Episcoporum.* CAP. *Possessio.* CAP. *Lator.* Qui etiam Episcopus in proprio prædio, sed in aliena diœcesi ædificat ecclesiam, est solum patronus, tamen dedicatio illius ecclesiæ, & gubernatio pertinet ad Episcopum diœcesis. GLOS. Si fundus sit ecclesiæ, gubernatio spiritualis erit diœcesis, temporalis non.

QVÆSTIO III.

4 AN omnia iura ecclesiæ præscriptione tollantur. Resp. sic per quadragenariam. *c. quas, ead.* sed antiquitus per tricennalem. GLOS. Vsucapio est acquisitio dominij per continuam possessionem temporis lege definiti, pro quo requiruntur quinque. Primo, bona fides ab vtraque parte: secundo, iustus titulus: tertio, continua possessio: quarto, res immobilis: quinto, nec sit vitiosa. Nota, bona fides ex vtraque parte requiritur in initio contractus, non in medio, sed secundum canones requiritur continuata. *c. vigilanti,* & *c. fin. de præscription.* Item iuris error in titulo non prodest. Item in re immobili non datur vsucapio. Præscriptio non currit contra ecclesiam, quæ vel est longi temporis, quæ contra præsentes, x. contra absentes xx. annorum spatio completur cum bona fide. Longissimi temporis est xxx. vel xl. annorum: & secundum leges non requiritur bona fides, vel titulus, secundum canones sic: & quæ est xl. annorum, currit contra ecclesiam. Item præscriptio interrumpitur naturaliter, & prodest omnibus; vel ciuiliter, & prodest interrumpenti tantum, & eius hæredi. Item per præscriptionem acquiritur exceptio, secundum aliquos dominium vtile, secundum alios etiam directum. Item non omnia iura, nec à quocumque possunt præscribi.

CAP. *Per singulas.* CAP. *Præsulum.* CAP. *sicut.* CAP. *Quicumque.* Res & iura parochialia, episcopalia præscribuntur xxx. annis, sed limes diœcesis non potest præscribi.

CAP. *Licet.* Ecclesia vnius Episcopi posita in limine alterius Episcopi non præscribitur, quia limes non præscribitur. GLOS. Si distat à limite, sic. Quid si fluuius fecit vicinam, vel in dubius. GRAT. Si diœceses sunt distinctæ certis limitibus in limite, vel circa limitem, non præscribitur. In illis vero, quæ non habent certos limites, fit præscriptio.

5 CAP. *Inter memoratos.* Quando duo Episcopi litigant, si ecclesia est inter limites possidentis, sit sua in perpetuo: si extra terminos, & præscripsit, sit etiam

etiam sua: si extra,& non præscripsit, sit Episcopi appellantis, idest territorij.

CAP. *Dilectio tua*. Si duo litigant de spatio prædiorum, non limitum, & certa diuisio limitum inter eos detur, seruetur omnino: si nil est terminatum, pars producat testes de præscriptione temporis cũ iuramento,& etiam iuramentum alterius partis, quæ vult exceptionem probare. GRAT. Scilicet potest intelligi de eo, qui vsurpat mala fide, qui non præscribit; sed si possidet sententia iudicis, vel longa consuetudine priuilegij, præscribit.

CAP. *Placuit*. Secularis, qui facit contra ecclesiam, quæ præscripsit per triginta annos, vel ex longa consuetudine præscripsit, est excommunicatus, donec restituat. 6

CAP. *Post quingentos*. Possessa triginta annis repeti non possunt.

CAP. *Si sacerdotes*. Si Prælatus iniuste alienet possessiones ecclesiæ, dum ipse viuit non currit præscriptio, sed à morte eius per triginta annos currit.

CAP. *Clerici*. Qui possident beneficia, numquam præscribunt res beneficij quocumque longo tempore. CAP. *Si Episcopus*. Si Episcopus intuitu humanitatis, v.g. bona ecclesiæ concedit clericis, vel monachis, excolenda non præscribitur.

CAP. *Prima*. Quando adest metus hostilitatis, si bona alicuius à quocumque possideantur longo tempore, non præscribitur, sed sunt restituenda.

CAP. *Porro*. Idem.

CAP. *Placuit*. Quando Episcopus negligit conuertere parochiam hæreticam in sua diœcesi,& admonitus intra sex menses non curat, Episcopus illam conuertens sibi illam acquirit, nisi ille probet suam diligentiam fuisse neglectam in fraudẽ, vt apud alium impune maneat, tunc datur diœcesano. GRAT. Cap. licet, potest intelligi de præscriptione longi temporis, idest x. vel xx. annorũ, quæ ecclesijs obijci non potest. Item præscriptio bona fide, & iusto titulo præsentium per x. absentium per xx. valet contra dominum, & creditores,& si spoliet potest agere: si nullo titulo, sed bona fide in initio per xxx. annos possidet, idem est: si mala fide per xxx. annos, idem. sed si spoliat non violenter, non potest agere, & dominus, vel creditor potest agere contra spoliantem intra xxx. annos. Item si præscriptio naturaliter interrumpatur, iterum incipiendum à principio, & si per litis contestationem, debent currere xl. anni, & tempus primi, qui habuit causam, præscribenti numeratur. Item dominus rei, si non potest quid faciat, vide ibi. Item prædicta valent inter priuatos, quia contra loca religiosa requiruntur xl. anni, & ecclesia contra ecclesiam xxx. annis, Monasterium contra ecclesiam xl. annis. Item priuatus non potest præscribere decimas, vel primitias, sicut nec libertatem hominis. Dicta Gratiani sunt vera inter laicos, nam contra ecclesiam non præscribitur, nisi xl. annis. 7

CAP. *Iubemus*. Qui, v.g. rustici possederunt per xl. annos rem aliquam, vt possessionem, sine legitima interpellatione, sunt tuti quoad dominium, & possessionem. sed soluant ciuilem canonem, vel publicam collationem, vel functiones. GRAT. Prædia ecclesiarum, vel Prælatorum eodem modo præscribuntur, sed non decimæ, vel primitiæ, etiam per rescriptum Papæ concessum laicis, quia est de iure Diuino. Item, qui emunt à colonis, vel emphyteuticarijs, numquam præscribunt longo tempore. GLOS. Sed longissimo sic. Item licet res ecclesiæ præscribantur xl. annis, tamen res Romanæ Ecclesiæ, non nisi centum annis. 8

CAP.

CAP. *Nemo*. Nulla præscriptio valet contra priuilegia Romanæ Ecclesiæ nisi spatio centum annorum.

QVÆSTIO IV.

AN sicut ecclesia contra Ecclesiam, ita monasterium contra ecclesiam possit præscribere. Resp. non, nisi xl. annis.

9 CAP. *Possessiones*. CAP. *Volumus*. CAP. *Neque*. Religiosæ domus præscribunt contra ecclesias seculares xl. annis. GLOS. Res Episcopi possunt præscribi à laicis, sed spatio xxx. annor. quia non gaudent priuilegio, quo res ecclesiæ. Item possessor erit in possessione vsque ad finem causæ, nisi sit persona suspecta. Item emphyteuticum Romanæ Ecclesiæ, potest præscribi xl. annis, sic ius eiusdem cum vniuersitate, vel præscribitur quoad litigantes, sine præiudicio Ecclesiæ. Item Romana Ecclesia nō præscribit contra aliam, quia cum habeat plenitudinem potestatis, non acquireret nouum ius. Item qui obijcit præscriptionem, vel interruptionem, debet eam probare ante sententiam. Item non tenetur probare continuo possedisse, sed principium, finem, & aliquod medium. Item præscriptio Ecclesiæ est xl. annis; sed ex priuilegio minori tempore potest esse.

QVAESTIO VI.

10 AN Prælati Ecclesiarum possint repetere res ecclesiæ sua auctoritate, sine iudice. Resp. non. An si sic repetat, cadat in iure. Resp. in causa ecclesiæ non, in sua sic.

CAP. *Consuetudo*. Rectores ecclesiæ, vel Episcopus, qui putant aliqua bona spectare ad ecclesiam, & propria auctoritate, sine iudice illa occupant, sunt excommunicati. Idem, si non putauit Episcopus. GRAT. Qui quod sibi deberi putat, propria auctoritate vsurpat, cadit in causa.

CAP. *Placuit*. Episcopus si sine iudice, sed sua auctoritate sibi accipit ecclesias, vel populos, quos putat pertinere ad suā diœcesim, cadit in causa possessionis, etiamsi deinde à Primate obtinuerit literas confirmationis, sed restituat possessionem, mox quæret de petitorio. GLOS. Sicut factum tutoris non redundat in damnum pupilli, sic nec illud Episcopi in damnum ecclesiæ. Item confirmatio in re violenter possessa non valet, nec priuilegium super re litigiosa. *c. causam, de test.* Nam solus Papa si ex certa scientia, facit ratum id, quod nullum est. GRAT. Delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ, sed puniatur persona tantum.

CAP. *Si Episcopum*. CAP. *Cognouimus*. CAP. *De lapsis*. CAP. *Si fortassis*. CAP. *Episcopo*. CAP. *Illud*. Si Episcopi, Abbates, clerici, &c. delinquant, puniantur in personis, & non in bonis ecclesiasticis, & si personæ truduntur in monasteria ad agendū pœnitentiam, dentur alimenta, ne sint merori regularibus. GRAT. Licet ergo delictū personæ non transeat in damnum ecclesiæ, tamen Episcopus, qui propria auctoritate inuadit bona ecclesiæ occupata, cadit à causa, idest quia silet coram iudice: & si habet bona, punitur in suis.

QVÆSTIO VII.

AN laici de consensu Episcopi, & clericorum possint dare ecclesias monachis. Respond. non. GRAT. Laici, nec suas, nec

nec auctoritate Episcopi possunt habere decimas, vel ecclesias: vnde Episcopus, qui beneficio, vel pretio dat illa laicis, est simoniacus. GLOS. Quæstio extenditur ad decimas, & primitias, & alias res ecclesiasticas. Item si laicus dat auctoritate Episcopi, donatio tenet. Item potest dari Iuspatronatus loco pio. Item accipiens à laico ecclesiam est suspensus, nisi habeat inuestituras à Papa.

CAP. *Decimas*. CAP. *Congregato*. CAP. *Peruenit*. Decimæ non dandæ laicis. CAP. *Quicunque*. Sed dentur clericis, non minus, nec plus, sed fideliter.

CAP. *Omnes*. Qui non soluunt decimas, post trinam admonitionem excommunicentur. CAP. *Decimas*. CAP. *Decimas*. CAP. *Maiores*. Decimæ soluantur, non redimuntur: quod non accipit Christus, tollet fiscus. fol. 42. 1

CAP. *Et hoc*. Columbas vendit, qui indisciplinatis ecclesias committit.

CAP. *Omne*. Basilicæ spectant ad illorum potestatem, in quorum territorio sunt.

CAP. *Nullus*. Nullus clericus cuiusuis dignitatis tribuat alicui curã aliarũ, vel præbendam ecclesiæ sine consensu Episcopi, si secus excommunicetur.

CAP. *Si quis*. Illi qui à laico accipit ecclesiam, vel dignitatem ecclesiasticam, interdicitur introitus ecclesiæ: similiter & laico præsumenti dare talem inuestituram.

CAP. *Quoniam*. CAP. *Si quis*. CAP. *Sane*. CAP. *Si quis*. CAP. *Constitutiones*. CAP. *Nullus*. CAP. *Sicut*. CAP. *Per laicos*. Idem vt supra, & excommunicatur, nec facit fructus suos. Item nullus habitum monachi sumat habens spem, vel promissionem quod Abbas fiet. Item nullus duas habeat ecclesias. 2

CAP. *Quoniam*. Quilibet Episcopus habeat œconomum de proprio clero, qui dispenset res ecclesiasticas arbitrio Episcopi. GLOS. Idem, & aliæ conuentuales ecclesiæ habeant œconomum. *c. cum scimus. 9. q. 4.* & quandoque Parochia. Item œconomus eligendus ab Episcopo, vel ex consuetudine à capitulo. Item œconomus dicitur, qui res ecclesiæ; vicedominus, qui res Episcopi; syndici sunt ad causas in vniuersum, actor ad vnam causam.

CAP. *In nona*. CAP. *Non placuit*. CAP. *Laicis*. CAP. *Si quis*. Oeconomus sit de clero, & non laicus; & si laicus hoc præsumit, est sacrilegus.

CAP. *Pia*. CAP. *Frigentius*. CAP. *Ecclesias*. Fundans ecclesiam nil omnino habet, nisi aditum processionis. GLOS. Iuspatronatus non est mere spirituale, nec temporale, sed partim, licet sit simplex; & acquiritur dotatione, constructione, fundatione. Item post consecrationem non acquiritur iuspatronatus. Item patronus tria acquirit, honorem, onus, vtilitatem. Item iuspatronatus transfertur patrono quatuor modis. Primo successione, secundo natione, tertio permutatione, quarto cum vniuersitate. Item iuspatronatus non descendit ad hæredes cum portione hæreditaria, sed quilibet est in solidum. 3

CAP. *Contra*. CAP. *Quicumque*. Patronus, vel eius filius, si ad inopiam vertit, ecclesia illum alat. GLOS. Idest abundantius, quàm alios, si supersunt. GRAT. Laicus res ecclesiæ, nec disponere, nec alijs dare valet, sed habet ius prouidendi, seu inueniendi sacerdotem.

CAP. *Filijs*. Patronus laicus, & descendentes propinqui vigilent, ne bona ecclesiæ dissipentur, & recurrant ad iudicem superiorem, non tamen aliquid inuadant. 4

CAP.

CAP. *Decernimus*. Patronus offerat Episcopo dignos, quos si non inuenerit, Episcopus prouideat cum conuenientia: & si Episcopus spretis patronis Rectorem ordinet, ordinatio sit irrita, & patronus præsentet dignum, quem Episcopus ordinet. GLOS. Nota, si Episcopus primum præsentatum spreuit, & secundum recepit, prouideat primo.

CAP. *Monasterium*. CAP. *Bonis*. Idem vt supra. GLOS. Episcopus non potest facere de ecclesia Monasterium sine consensu patroni, nec dominus rei potest vsum immutare etiam in melius inuicto vsufructuario. Item sufficit quod præsentatus non sit malus, vt Episcopus eum admittat, & tenetur Episcopus eum admittere, nisi aliquid obijciat in personam eius. An teneatur probare crimen obiectum? videtur satis, si dicat, eligite alium, sed potest patronus cũ superiore agere, vt Episcopus crimen probet, vel eum admittat.

CAP. *Considerandum*. Si hæredes patroni nolunt honorare præsentiam Episcopi, Episcopus auferat reliquias ab ecclesia, vel permittat consistere.

CAP. *Si plures*. Si hæredes contendunt de prouidenda ecclesia, Episcopus auferat reliquias, & claudat ecclesiam, donec statuant ibi presbyterum, & vnde viuat. GLOS. Quid faciet Episcopus in discordia patronorum. Resp. si discordia est inter Episcopum, & patronum, Episcopus ponat œconomum in ecclesia, donec sit determinatum negotium: si est inter patronos super electione facta, Episcopus preferat eum, qui habet plures voces, dummodo absit scandalum: si sint plures in vocibus, Episcopus potest facere gratiam, cui vult: si discordia est de iure patronatus, Episcopus instituat aliquem in ecclesia, & qui vincit illum præsentet, & hoc faciat si non sunt concordes per sex menses à vacatione: sed si hoc sine scandalo fieri non potest, Episcopus claudat ecclesiam, vt hic dicitur. An si sint duo patroni, & vnus reliquit plures filios, alter vnum, an iste vnus par ius cum illis pluribus? videtur sic, quia obligatio non debet variari ex pluritate successorum, & sic debent reputari pro vno, cui succedunt. Resp. quod non, quia quilibet istorum est patronus in solidum, ergo illi plures habent plus iuris, quàm ille vnus, & omnes sunt æqualiter patroni, quia ius est indiuisibile. *c. 1. eod.* Hoc est verum, cum hæreditas est diuisa.

CAP. *Laici*. CAP. *Inuentum*. Laici non dent, nec auferant à presbyteris ecclesias sine consensu Episcopi; si secus, Episcopus iudicet, & puniat.

CAP. *Decimas*. CAP. *Nemini*. Monachi non accipiant decimas, vel ecclesias à laicis sine licentia Episcopi, & nemo in suum vsum conuertat monasterium.

CAP. *Si quis*. Qui vult suum monasterium ponere in alio loco ad meliorandum, faciat cum consensu Episcopi, sed in primo loco remaneat presbyter in ministerio.

CAP. *Constituit*. Qui Episcopus, vel Abbas lucri gratia circumuenit alliciendo aliquos, & tondent, seu habitum imponunt, puniantur, & circumuenti perseuerare cogantur, & res illorum reddantur hæredibus.

CAP. *Congregatio*. Congregatio monachorum eligat suum Abbatem. Item si abbas iusta causa vult discedere è loco, Episcopus non eum detineat violenter. Item Episcopus vel Abbas non faciat Abbatem, vel monachum aliquem de suis consanguineis, vel amicis sine voluntate fratrum.

Causa

Causa decimaseptima, De his, qui à voto recedunt cum eorum bonis: habet Quæstiones quatuor. 6

QVÆSTIO PRIMA.

AN liceat à voto recedere. GRAT. Resp. quoad Deum simpliciter non, quoad ecclesiam in solemni non.

CAP. *Sunt quadam*. CAP. *Vouentibus*. CAP. *Ananias*. CAP. *Qui bona.* Vota sunt reddenda sub graui pœna, vt in Anania. GLOS. Votum pro opere Deus reputat.

QVAESTIO II.

QVi vouit sine professione, & ad sæculum redit, non punitur ab ecclesia. CAP. *Consaldus*. Qui vouit fieri monachus, & ideo beneficium renuntiat in manu aduocati, si deinde non fit monachus, nec professionem emittit, iterum recipiat beneficium, & quiete possideat, quia non renuntiauit, vt debuit, sed in passione corporis, & illicita renuntiatio non præiudicat alicui; sed si renuntiaret in manu Prælati, tenet renuntiatio, si erat compos, quod probauit.

CAP. *Nos nouimus*. Qui promisit fieri monachus, & duxit vxorem, maneat cum vxore, nec potest esse continens sine licentia vxoris.

CAP. *Si quis incognitus*. Si vult incognitus ingredi monasterium, probetur per tres annos, & si interim seruus, libertus, vel colonus quæratur à domino suo, reddatur domino cum bonis, quæ attulit, accepta impunitate, idest iuramento; si intra triennium non fuit quæsitus, postea quæri non potest, nisi longe distaret, sed reddantur domino quæ attulit. GLOS. Potest dici quod post triennium debet compensare damnum domino, quia hic fecit furtum sui corporis.

QVAESTIO III.

AN post triennium, & professionem possit monachus retro abire de licentia Abbatis, & sua habere. Resp. non. 7

QVAESTIO IV.

AN Abbas debeat reddere monacho discedenti ea, quæ monasterio dederat. Resp. non.

CAP. *Quicumque*. Qui aliquid prædium, licet paruum, vel ius ecclesiæ alienat, deponatur. GLOS. Sed si statim restitueret ecclesiæ, effugeret pœnam. *c. si quis, de rebus eccl. non alien.* Item si quid exiguum, intellige, quod sit vtile ecclesiæ. Item in alienatione huiusmodi est attendenda consuetudo, vel lex municipalis. CAP. *Ratio*. Nec sibi det.

CAP. *Sunt qui*. CAP. *Sacrilegium*. CAP. *Omnes*. Qui dedit, vel quilibet alius, non sibi appropriet res ecclesiæ, nec alienet; secus, sunt excom-

excommunicati, etiam & consentientes. GLOS. Consuetudini statur. Item qui ratam habet percussionem clerici, si nomine suo fuit facta, est excommunicatus, quia comparatur mandato; si secus non.

CAP. *Sicut*. Qui confinia ecclesiæ, idest maioris xl. passibus, minoris xxx. frangit, extrahendo personam hominis, vel eius bona, excommunicatur quousque se emendet, & quod rapuerit reddat, nisi sit publicus latro. GLOS. Publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum secundum Canones, non gaudet immunitate ecclesiæ, sed leges excipiunt etiam homicidas, adulteros, raptores virginum.

8 CAP. *Si quis in*. Qui committit pugnam, vel homicidium in atrio ecclesiæ, soluat alteri pro violata immunitate. GLOS. Vbi est illata ignominia, item detur.

CAP. *Miror*. CAP. *Reum*. CAP. *Frater*. CAP. *Ad Episcopos*. Qui ab ecclesia aliquem extrahit, est sacrilegus, & excommunicandus, donec restituat.

CAP. *Sicut qui*. Qui sacerdotes ecclesiæ insequntur, est sacrilegus, & grauius peccatum est sacrilegium, quàm fornicatio.

CAP. *Attendendum*. Qui vexat prædia ecclesiæ, damnetur perpetua infamia, vt sacrilegus mittatur in carcerem, vel exilium perpetuum.

CAP. *Si quis ecclesiam*. Qui comburit ecclesiam, pœniteat quindecim annis, & eam restituat, & det pretium pauperibus.

CAP. *Si forte*. CAP. *Pecunia*. CAP. *Si quis*. CAP. *Qui rapit*. Qui ornamenta ecclesiæ rapit, & vendit, est similis, (vide) & clericus rapiens pecuniam punitur multis annis.

CAP. *Nullus*. Clericus, qui extrahit, vel percutit seruum, vel discipulum fugientem ad ecclesiam, excommunicetur: & si clerici se mutuo verberant, puniantur pro qualitate criminis.

CAP. *Si quis contumax*. Qui aliquem extrahit à loco immuni, soluat nongentos solidos, & publica pœnitentia mulctetur arbitrio Episcopi. GRAT. Sacrilegium est sacrum violare, & fit auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, vel percutere clericum. Item sacrilegium duplici pœna punitur, excommunicationis, & pecuniaria, quæ soluitur ei, ad quem pertinet querimonia.

9 CAP. *Quisquis*. CAP. *Si quis*. CAP. *De presbyterorum*. CAP. *Qui presbyterum*. CAP. *Vt presbyteri*. CAP. *Omnes*. CAP. *Qui sub diaconum*. CAP. *Qui occiderit*. Sacrilegium multis modis committitur, & mulcta est varia pro qualitate sacrilegij, (vide ibi) vt si in Episcopum, clericum, presbyterum, monachumve, &c. excommunicantur.

CAP. *Si quis suadente diabolo*. Si quis suadente diabolo in clericum, vel monachum violentas manus iniecerit, est excommunicatus, & nullus Episcopus potest eum absoluere, nisi Papa, nisi sit in vrgente periculo mortis. GLOS. Multi excipiuntur. *c. si vero. c. ex tenore. c. de cetero. c. peruenit. extra, eod.* GLOS. Secundum leges sacrilegia, & pœna sunt varia, vt cum violant ecclesias, vel disputant dubitantes. An electus à Principe sit dignus, vel de iudicio Papæ.

10 CAP. *Nemini*. Nemo potest de iudicio Sedis Apostolicæ iudicare, aut retractare illius sententiam. CAP. *Constituit*. Qui permittit Iudæis publica officia, excommunicetur.

CAP. *Metuentes*. Seruus, qui fugit ad ecclesiam, si dominus iurat de impunitate,

punitate detur ei etiam inuitus. CAP. *Vxor Felicis*. Si seruus non curat de iuramento domini, imputet sibi, si mox puniatur. CAP. *Iudas*. Inter hebræum, & seruum, qui dicit se christianum, Episcopus iudicet.

CAP. *Definiuit*. CAP. *Id constituimus*. Neminem quis extrahet ab ecclesia, & seruum non nisi dato iuramento de impunitate, & si non seruat, excommunicetur.

CAP. *Si quis seruum*. CAP. *Si quis seruum*. Qui causa religionis docet seruum contemnere dominum suum, est excõmunicatus, & reprehendatur. fol. 43.

CAP. *Nullus res*. CAP. *In venditionibus*. CAP. *Questi*. CAP. *Hanc ergo*. Si necessitas vrget vendendi res ecclesiæ, intimetur priuatis, vel vicinis Episcopis. GLOS. Est abrogatum. Item nec Abbas alienet sine Episcopo. GLOS. Hodie non valet. Item res monasterio non alienentur, nisi pro ecclesia ædificanda. Item nec grauent monasterium. GRAT. Qui obtulit sua ecclesiæ, mox retrocedit pœnitens, dantur illi sua bona ex charitate, & iure poli, non fori, exemplo Ioannis Euangelistæ. 1

CAP. *Quicumque*. Non debet ecclesia acceptare bona, exhæredatis filijs. Item si illi qui dedit nascuntur filij, restituantur bona. GLOS. Non sic apostatæ, nisi ob scandalum.

Causa decima octaua, An & in quibus monasteria sunt subiecta Episcopis, habet Quæstiones duas.

QVAESTIO PRIMA.

AN monasterium possit petere quæ ab Episcopo sunt quæsita, & an ecclesia episcopalis petat donata ab Episcopo. Resp. non. GLOS. Monachus quicquid acquirit, acquirit monasterio: & si fiat Episcopus, acquirit ecclesiæ episcopali, qui si est confirmatus tantum, non tamen est translatus, res est dubia. videtur quod non acquirit ecclesiæ, nisi post corporalem possessionem, idest perfecte translatus. *c. cum cunctis. de electione*. 2

CAP. *Statutum*. Monachus electus, & factus Episcopus, cum sit liber à regula monastica, quicquid acquisierat, monasterio relinquat: sed postquam ordinatur Episcopus, acquirit ecclesiæ.

QVÆSTIO II.

AN Abbas sit eligendus, & instituendus ab Episcopo, an à monachis? Resp. eligendus à monachis, instituendus ab Episcopo, nisi ex priuilegio. 3

CAP. *Hoc tantum*. CAP. *Abbas*. CAP. *Abbatem*. CAP. *Quàm sit*. CAP. *Luminoso*. CAP. *Pridem*. CAP. *Abbas*. CAP. *Nullam*. Episcopus nil exerceat erga monasterium, vel monachos, quod Canones non concedunt, sub pœna excommunicationis: & sic non ordinet Abbatem, neque Missam publicam in monasterio faciat: Abbatem dignum moribus, & vita eligant monachi de suo monasterio, vt in *cap. Abbatum in monasterio, sup. ead.* Item Episcopus nil accipiat de cellis, vel monasterijs, nec eos grauet. Item nullus monachus ordinetur, vel instituatur in aliqua ecclesia, sine consensu

Abbatis, & Episcopus non ponat cathedram, nec imperet, nec ordinet, nisi rogatus ab Abbate; non sit baptisterium in monasterio. Item Abbas cum permissione Episcopi, potest suum locum deserere, nec monachi possunt illum repellere, vt alium creent. GLOS. Loquitur de monasterijs priuilegiatis. Item monachus factus Papa, sine licentia Abbatis compellitur redire ad monasterium, [illegible] à se ipso. Item in loco fontis baptismalis fiet Altare, ne calcetur. GRAT. Clerici monasteriorum, idest monachi, sunt sub potestate Episcopi, nec alicui licet ædificare monasteria, vel cellas sine auctoritate Episcopi.

4 CAP. *Quidam*. CAP. *Qui religiosis*. CAP. *De monachis*. CAP. *Cellulas*. CAP. *Nullus*. Monachi sub potestate Episcopi loci, nec ædificent monasteria, vel cellulas sine licentia Episcopi, sub pœna excommunicationis: & qui proponitur fœminis religiosis, probetur ab Episcopo: & monachus non fabricet cellulam sine consensu Episcopi, & Abbatis.

CAP. *Si quis*. CAP. *Abbates*. CAP. *Monasteria*. CAP. *Abbatibus*. CAP. *Cognouimus*. Abbas malæ vitæ, & bene regens, deponatur ab Episcopo, & vicinis Abbatibus, & Abbates corrigantur ab Episcopo, & monachi vagabundi per Abbates cum consilio Episcopi arceantur; si secus, Abbas erit reus. GRAT. Mulieres nõ passim frequentent monasterium, nec sint commatres monachorum, nec moniales simul cũ monachis habitent, vel loquantur sæpe.

5 CAP. *Peruenit*. CAP. *Definimus*. CAP. *In nullo*. CAP. *Monasteria*. CAP. *In decima*. CAP. *Perniciosam*. Mulieres non accedant ad monachos qualibet occasione, nec fiant commatres monachorum, & moniales habeant distinctum monasterium, & distans à monachis: non conuiuent, sed extra portam dent necessaria: & si monachus etiam Abbas vult visitare suam propinquam, visitet in præsentia Abbatissæ per modica, & compendiosa verba, & in breui ab ea discedat: & communes monachorum, & mulierum distribuantur eis, prout de iure. Item mulieres non habeant receptacula particularia pro hospitibus, nec simul cantent in choro cum canonicis.

CAP. *Peruenit*. CAP. *Dudum*. CAP. *Visitandi*. CAP. *Non semel*. Monasteria monachorum non fiant habitacula clericorum, vel laicorum, nec illa grauent aliquo dominio, imò nec ad illa clerici etiam in sacris accedant, nisi sint inuitati ad orandum, vel celebrandum; Episcopus vero accedat quoties voluerit ad hortandum, vel visitandum, non tamen inferat grauamen, & corrigat, si opus est. GLOS. An præceptum extinguatur morte prædecessoris, sicut mandatum. *c. gratum, de offic. deleg.* aliqui negant, & sic sufficit fuisse præceptum prædecessori; alij affirmant, dummodo expressis nominibus scribatur. *c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* alij simpliciter affirmant. Item quando Episcopus accedit, propter bonum ecclesiæ, sed causa sui negotij, non debetur ei procuratio.

CAP. *Eleutherius*. Si conueniatur in dedicatione ecclesiæ, vt oblatorum pars sit Episcopo, & pars monasterij, est seruandum.

CAP. *Seruitium*. Monasteria & eorum ecclesiæ faciant consueta seruitia Episcopo. GLOS. Consuetudo inducit annuas præstationes, dat iurisdictionem, priuilegium, ius eligendi, inducit seruitutem, obligat vt ius scriptum, & ex consuetudine præscripta xl. annis, & bona fide ius, & possessio acquiritur. Item possessor nihil tenetur probare de iure suo, sed aduersarius. Item differt consuetudo præscripta, & præscriptio.

Causa

Causa decimanona, An clerici seculares, & canonici regulares inuitis Prælatis, possint ingredi Religionem arctiorem: habet Quæstiones tres. 6

QVÆSTIO PRIMA.

AN Episcopus debeat dare licentiam suo clerico volenti Religionem ingredi. Resp. sic.

CAP. *Clericus*. Episcopi debent concedere facultatem clericis ingrediendi Religionem ad contemplandum, quia ad meliorem vitam.

QVAESTIO II.

AN clericus secularis inuito Episcopo possit ad Religionem transire? 7
Resp. sic.

CAP. *Alienum*. Alienum clericum inuito Episcopo nemo suscipiat. GLOS. Nec ad dignitatem. GRAT. Nisi voluerit transire ad meliorem vitam, idest Religionem.

CAP. *Duæ sunt leges*. Si clericus bono spiritu vult fieri monachus, fiat etiam inuito Episcopo, quia ducuntur à Spiritu sancto habentes legem scriptam in cordibus suis: & naturaliter, qui ea quæ legis sunt, faciunt, sibi ipsi sunt lex: & hæc est lex priuata, quæ est dignior lege publica, idest iuris, sub qua non sunt.

QVÆSTIO III.

AN canonici regulares possint fieri monachi. GLOS. Sic, cum licentia 8
Prioris: si verò ad arctiorem, potest etiam non obtenta licentia. *cap. licet, de regul.*

CAP. *Nullus*. CAP. *Mandamus*. Monachi non trahant ad monachismum canonicos regulares sub pœna excommunicationis, nec canonicus fiat monachus nisi lapsus; si secus, redeat vltimus. GRAT. Intelligitur, si sine licentia Superioris, sed cum licentia potest.

CAP. *Statuimus*. Canonicus regularis non fiat monachus sine licentia sui Superioris, nec monachi illum suscipiant sine communi cautione literarũ.

CAP. *Quæ semel*. CAP. *Quoniam*. Monasteria dedicata cum consilio Episcopi non fiant secularia habitacula; & qui permittunt puniantur, & qui surripiunt hæc, vel episcopalia, si non reddant, clerici deponantur, seculares excommunicentur. GLOS. Idem de hospitali. Item si sint monasteria, locus est sacer, ligna in vsu honesto. GRAT. Quo tempore debent tonsurari, qui conuertuntur ad Religionem. GLOS. Resp. post biennium.

CAP. *Monasterijs*. Qui ingreditur monasterium, post biennium probationis tonsuretur. Item miles conuersus non suscipiatur sine licentia Papæ. GLOS. Apulia tota est patrimonium sancti Petri, & loquitur de eius milite, vel de milite irregulari. GRAT. An ingressus monasterium possit facere testamentum. Resp. professus non, heremita sic.

CAP. *Quia*. CAP. *Perlatum*. Ingressus monasterium non potest testari,

ftari, fed omnia bona fua cedent monafterio.

CAP. *Si qua mulier.* Qui ingreditur monafterium, & habet liberos, poteft dare fua bona liberis: & fi decedit ab inteftato, detur legitima liberis. vide ibi.

CAP. *Non liceat.* Idem, & parentes non extrahant liberos à monafterijs.

Caufa vigefima, De impuberibus ingredientibus religionem: habet Quæftiones quatuor.

QVAESTIO PRIMA.

9 AN puer traditus in monafterium cogatur tenere propofitum religionis. Refp. non.

CAP. *Firma.* Profeffio virginitatis erit firma, cum ætas erit adulta, ideft apta nuptijs. GLOS. In fine, xiv. vel xij. in fœmina.

CAP. *Addidiftis.* CAP. *Monachum.* CAP. *Quicunque.* CAP. *Quia.* CAP. *Quam.* CAP. *Infans.* Qui oblatus eft à parentibus monafterio, non poteft difcedere; & fi nubat, relinquat vxorem. GLOS. Intelligitur, fi puer oblatus confenfit in vota religionis.

CAP. *Puella.* Puella, quæ coacta à parentibus habitum religionis eft profeffa, fed fponte, non poteft nubere, etiamfi non fit facrata. CAP. *Sicut.* CAP. *Illud.* Si coacta, non tenet. GRAT. Velum Virginibus non imponendum, nifi certis diebus. GLOS. Velum profeffionis anno xij. confecrationis, xxv. ordinis, & Prælationis, xl.

CAP. *Deuotis.* Virgo veletur in Epiphania in Albis, in die Apoftolorum, vel in periculo mortis. Vidua non veletur. GLOS. De velo confecrationis. Item poteft in quolibet die Dominico.

CAP. *Iuuenculas.* Abbatiffa non eligatur iuuenis, fed fexagenaria.

CAP. *Sanctimoniales.* Non veletur diaconiffa nifi in xl.

CAP. *Placuit.* Nec diaconi ordinentur, nec Virgines confecrentur ante xxv. annum. CAP. *Virgines.* Idem vt fupra, nifi in neceffitate. GRAT. Vidua licet non veletur, tamen poteft facere profeffionem in fcriptis, & vbique geftare veftem conuenientem profeffioni.

CAP. *Vidua.* Vidua faciat profeffionem in fcriptis, faltem à fe aliquo figno notatam. Item veftem profeffionis honeftam, & non fufpectam fecum femper deferat, etiam in lecto.

QVAESTIO II.

fol.44. I DE pueris, qui præter voluntatem parentum tonfuram, vel habitum religionis fufcipiunt. An poffit reuocari. GLOS. In mafculo, fi infra xiv. in fœmina, xij. fi pater, vel tutor eft præfens, & non contradicit, videtur confentire, & non poteft: fi contradicit, vel eft abfens infra annum, & debet ab habita fcientia intra xiv. vel, xij. poteft pater, vel tutor reuocare: nec peccant reuocando, ficut nec puer obediendo, quia de iure.

CAP. *Si in qualibet.* CAP. *Puella.* Si vnus, vel vterque parens, vel tutor promifit filium xiv. vel filiam xij. fieri regularem, non poteft amplius reuocare

care. Item si non promisit, potest contradicere, dum non attingit xiv. vel xij. & mox puer recedit, excommunicetur, & reuertatur. GLOS. Si vnus parens tradit, alter potest reuocare. Item hoc dictio, Mox, ampliatur sæpe. Item annus, & dies intelligitur, nisi monasterium diu distet.

CAP. *Statuimus.* Abbatissa, vel monialis non potest imponere velamen puellæ sub pœna.

CAP. *Oportet.* Infantes, qui offeruntur à parentibus, debent offerri coram multis testibus: ratio, quia hi non possunt monachari sine licentia parentum.

QVAESTIO III.

AN puer, vel puella, qui coacte accipit habitum, cogatur remanere. Resp. non, sicut & de quolibet alio. GLOS. Coactio, vt faciat professionem nullam, debet cadere in constantem virum. Item conditionalis coactio non obligat, nisi ex timore voueat. 2

CAP. *Propositum.* CAP. *Proclinis.* CAP. *Eos.* Professus, vel professa, si relicta religione eant ad militiam, vel coniugium, purgentur publica pœnitentia, excommunicetur, & redeant etiam inuiti ad religionem, nec recipiant honores sæculares, sicut non possunt etiam clerici in clero taxati. GLOS. Pœnitentia publica in monasterio. GRAT. Clericus coniugatus non tenetur ferre tonsuram. Item monachus faciat pro delicto publicam pœnitentiam in claustro. Item potest habere honores sæculares.

CAP. *Potens.* Si quis inuitus habitum accepit, non tenetur manere in religione, & habeat suam hæreditatem. GLOS. Negatiua probatur vt hic. Item monachi succedunt.

CAP. *Constituit.* Qui alliciunt homines ad professionem, vt succedant, restituant hæredibus bona, & illi remaneant professi.

QVÆSTIO IV.

AN liceat monacho transire ab vno monasterio in aliud strictius. Resp non. CAP. *Virgines.* Virgines pro lucro animæ, non pro fuga disciplinæ. ad aliud monasterium arctius possunt transire. GRAT. Similiter & monachi. 3

CAP. *Monacho.* Monachus non potest vouere sine licentia Abbatis, & si vouit illud frangat. GLOS. Vt de abstinentia cum scandalo.

CAP. *Monachum.* Nullus Abbas recipiat, vel retineat monachum alienum sine licentia sui Abbatis, secus Abbas illum reuocare potest de iure. Item clericus non vagetur sine literis commendatitijs sui Episcopi, & monachi vagi corrigantur verbis, mox verberibus. Item monachus à congregatione non discedat ad priuatas cellulas, nisi sit probatæ vitæ: post longos labores, vel propter infirmitatem remittatur regula aspera, & tunc inter septa monasterij habens cellulam separatam sit sub obedientia Abbatis. Item Abbas non habeat diuersas cellulas separatas, nec plura monasteria, nisi propter incursus hostiles, collocet receptacula inter muros.

Causa vigesimaprima. Iterum agit de clericis: habet Quæstiones quinque.

QVAESTIO PRIMA.

4 AN clericus possit intitulari in duabus ecclesijs. Resp. non. GLOS. Nisi in sex casibus. Primo, si ecclesiæ sint pauperes: secundo, si Episcopus dispenset: tertio, propter paupertatem clericorum: quarto, si Papa concedit: quinto, si habet vnam in titulum, alteram in commendam: sexto, cum vna ad hæret alteri, vel pendet ex altera.

CAP. *Clericus.* Nullus clericus instituatur in duabus ecclesijs in vrbibus, nisi in villis, vbi est inopia clericorum. GLOS. Episcopus potest concedere beneficium in aliqua ecclesia alicui; sed si non est ibi intitulatus, non est de clero, nec habet vocem in capitulo, licet percipiat fructus illius ecclesiæ, vel præbendam corporaliter, cuius tamen titulus dicitur vacare de iure. Item si beneficiatus habet pauperem ecclesiam, quærat victum honesto artificio, si à principio accepit pauperem ecclesiam, secus si deinde est pauperata, & tunc potest vniri alia. Item illa ecclesia dicitur pauper, quæ non potest aliquem procurare. Item potius eligendi sunt diuites, quàm pauperes. GRAT. Non licet habere duas ecclesias in duabus Ciuitatibus.

CAP. *Clericum.* In ecclesijs duarum ciuitatum eodem tempore conscribi non oportet. CAP. *Qui plures.* Sed potest habere vnam in commendam, alteram in titulum, quia potest reuocari commenda.

CAP. *Vnum.* Vnus Abbas duobus monasterijs præsidere interdicitur.

CAP. *Relatio.* CAP. *Illud.* Vnus potest esse Episcopus (quem vocant Cardinalem) duarum ecclesiarum, vt Terracinensis, Fundensis. GLOS. Secundum aliquos vnam in commendam.

QVAESTIO II.

5 AN clericus relinquens suam ecclesiam possit ad aliam transire sine commendatitijs literis sui Episcopi. Resp. non, nisi transeat ad religionem.

CAP. *Quoniam.* CAP. *Placuit.* CAP. *Si quis.* Clericus in aliena Diœcesi non ordinetur sine dimissorialibus: si secus, ordinans, & ordinatus deponatur. GLOS. Habens beneficium in duabus Diœcesibus ab vtroque potest ordinari, & iudicari. Item vbi Episcopus est notus, sufficiunt litteræ Episcopi, secus, scilicet sigilla. Item translatus ad aliam ecclesiam nil commune habet cum prima. Item post adeptam possessionem secundæ perdet primam cum licentia primi Episcopi, alioquin potest repeti. Item de antiquo iure Episcopus poterat dispensare ad pluralitatem beneficiorum, si non erat incompatibilitas iuris. Item vetus ius maneat simul cum nouo, si non corrigatur. GRAT. Aliud est transferri auctoritate Papæ, quod licet; & aliud propria temeritate transire, quod non licet. Item vna ecclesia non detur duabus,

CAP. *Sicut.* Vna ecclesia non diuidatur in duos Pastores, est enim vxor, & non scortum. GLOS. Si ecclesia, vel præbenda est abundans, potest diuidi

in duas

in duas distinctis limitibus, sicut vna Prouincia in duas, & contra duæ in vnã.

CAP. *Præcipimus.* Vnaquæque ecclesia habeat proprium sacerdotem, si facultas suppetit. Item ecclesiæ non committantur presbyteris conducticiis, idest pro certo pretio. GLOS. Potest quis conducere operam sacerdotis certo pretio vsque ad septennium, vel sub annuo censu, sed non ad regimen animarum, vel vicarios, sed per se.

QVAESTIO III.

AN clerici possint esse procuratores negotium sæcularium. Resp. non. GLOS. Nisi miserabilium personarũ. Item exercetur negotiatio quando aliquid emitur, vt vendatur, vel tractare causa sæculares exceptis aliquibus personis, vel procurare sæcularia. Item est licitum clericis conducere possessiones à laicis, vt faciunt monachi quando indigent. CAP. *Peruenit.* Clericus non negotietur nisi ob pietatem. 6

CAP. *Credo.* CAP. *Placuit.* CAP. *Cyprianus.* CAP. *Mollitijs.* CAP. *Hi qui.* CAP. *Sacerdotium.* Clerici non procurent negocia secularia, non sint procuratores, cõductores, nec vllo turpi, vel inhonesto negotio victum quærant. GLOS. Conductores vectigalium, vel vt vendant.

QVÆSTIO IV.

AN liceat clericis ornari fulgidis vestibus. Resp. non. GLOS. Non ad iactantiam, vel laudem humanam, vel voluptatem corporis, secus, si habet potest vti pulchro, & honesto vestitu, quia non vsus, sed abusus, & iactantia, & libido est in culpa. Idem de cibo, vt in diuite Epulone. Quare possunt clerici vti pretiosis vestibus secundum vsum regionis, ne vilescat dignitas clericalis, non tamen rubeis, vel viridibus pannis, sed possunt ferre purpuram, si sit clausa. 7

CAP. *Omnis.* CAP. *Nullus.* CAP. *Episcopi.* CAP. *Sine.* CAP. *Præcipimus.* Clerici, qui fulgidis, & claris vestibus se ornant, puniantur: etiam in itenere vtantur decenti vestitu, nec extra domum appareant sine vestitu sacerdotali, secus, communione priuentur.

QVAESTIO V.

AN clerici à suo Episcopo correpti officium relinquentes ad iudicem secularem confugere possint. Resp. non. 8

CAP. *Placuit.* CAP. *Si quis.* CAP. *Si quis cui.* CAP. *Si forte.* CAP. *Si quis Episcopus.* CAP. *Si Episcoporum.* Clericus si correctus ab Episcopo ad iudicem secularem confugit, tum ipse, tùm qui eum defendit sunt excommunicati, & soluant pœnas, etiamsi Episcopus depositus ad Imperatorem recurrat, careat spe reconciliationis. Item excommunicetur, qui fugitiuum clericum defendit.

Causa vigesima secunda, De iuramento, præsertim erga Prælatos : habet Quæstiones quinque.

QVAESTIO PRIMA.

9 AN iuramentum sit licitum. Resp. sic. GRAT. Sponte, & sine causa non licet iurare, sed licet ad asserendam suam innocentiam, vel ad pacem confirmandam, vel vt credant quod illis est vtile. GLOS. Licet iurare pro seruanda fama, pace, Fide catholica, fidelitate, pro cautione, pro veritate non occultanda.

CAP. *Omne quod*. Pax animorum conciliatio, veritas testium verius solidatur iuramento. Item quando testis deest, iuramentum ostendit innocentiam rei, idest infamati.

CAP. *Non est contra*. CAP. *In nouo*. CAP. *Vt noueritis*. CAP. *Ita ergo*. CAP. *Tu malum*. CAP. *Et iurabunt*. CAP. *Considera*. Licet iurare ex causa, & scriptura exponitur.

CAP. *Clericum*. Clericus si persistit iurare per creaturas, excommunicandus. GLOS. Si sine solemnitate. CAP. *Si quis*. Qui iurat per capillum, vel caput Dei, clericus deponitur, laicus excommunicatur: qui per creaturas, castigatur, & si Episcopus hos non corrigit, corripiatur.

10 CAP. *Si aliqua*. CAP. *Habemus*. CAP. *Non est*. CAP. *Peccatum*. Iurare non est peccatū, & grauius est iurare per Deum, quàm per Euangelium.

CAP. *Quamuis*. Neque est peccatum accipere iuramentum ab alio. GLOS. Nisi sciamus illum falso iurasse.

CAP. *Mouet te*. Qui vtitur fide iurantis per falsos Deos, non peccat, similiter qui accipit eiusdem iuramentum, quia illi permittitur tale iuramentum.

CAP. *Prædicandum*. Periurus si timens pœnitentiam non confitetur, excommunicetur, similiter & quilibet criminosus.

QVÆSTIO II.

fol.45. AN sit periurus qui falsum iurat putans esse verum. Resp. non.
1 GLOS. Periurium quadruplex.

CAP. *In dolo*. CAP. *Animaduertendum*. CAP. *Homines*. CAP. *Is autem*. CAP. *Beatus*. CAP. *In quibus*. CAP. *In ipsarum*. Periurium potest fieri multis modis. Primo, quando quis falso, sed ignoranter iurat, & non est peccatum: secundo scienter, & est peccatum: tertio, quando est indiscretum, & quandoque est peccatum: quarto, transgressio iuramenti, & non semper est peccatum. & iuramentum habet tres comites, veritatem, iudicium, idest licitum, iustitiam: & ream linguam non facit, nisi mens rea, licet factum sit verum. Item vti verbis ad fallaciam, & non ad id, ad quod sunt instituta, peccatum est, & omne mendacium est peccatum. Item qui dicit falsum putans verum, non mentitur, licet sit temerarius. Item falsum credere in his, quæ non spectant ad salutem, pro nihilo habendum.

CAP. *Primum*. CAP. *Cum humilitatis*. CAP. *Incaute*. CAP. *Non ita*. CAP. *Mihi autem*. CAP. *Nec artificiose*. CAP. *Ne quis arbitretur*. CAP. *Faciat*

ciat homo. CAP. *Omne genus*. CAP. *Si quis ad te*. CAP. *Quod autem*. CAP. *Si quis*. per cap. *Si quilibet*. Sunt multa genera mendaciorum, non æque grauia: sed numquam mentiendum, neque humilitatis gratia, nec pro morte corporali vitanda, nec pro salute alterius, semper enim est peccatum, nec potest excusari exemplo veritatis legis, vt obstetricum. Item dicere ioco scienti ea, quæ non sunt, non reputatur mendacium, sed culpa non caret.

CAP. *Vtilem*. CAP. *Quæritur*. Simulatio sæpe est vtilis, vt tacendo veritatem, vel simulando id; quod non est, nec fieri cupit, exemplo Iehu, Dauid, Christi, Abraham.

QVÆSTIO III. & IV.

AN iuramentum illicitum sit seruandum. Resp. de re illicita non: de re licita, sed modo illicito, sic. 2

CAP. *Si publicis*. CAP. *Est etiam*. CAP. *Quod Dauid*. CAP. *Iurauit*. CAP. *In malis*. CAP. *Si aliquid*. CAP. *Non solum*. CAP. *Vnisquisque*. CAP. *Incommutabilis*. CAP. *Magna*. CAP. *Qui sacramento*. CAP. *Non semper*. CAP. *Non est*. CAP. *Necesse*. CAP. *Non peierabis*. CAP. *Si aliquid*. CAP. *Definitio*. CAP. *Actione*. CAP. *Si quis*. Vota, & iuramenta de re illicita, seu stulte facta non sunt seruanda: & de duobus malis minimum eligendum, & Deus quandoque mutat suam sententiam, & male iurans pœnitentiam agat, & per annum non communicet: si pueri intra pubertatem iurant, non tenentur contradicentibus parentibus.

CAP. *Si ad peccatum*. CAP. *Mulier*. CAP. *Inter*. Iuramenta illicita licite deseruntur, quando ad bonum reditur: si vero descenditur ad peius, tunc iuramentum illicitum, sicut damnabiliter seruatur, damnabilius contemnitur.

CAP. *Innocens credit omni verbo*. Aliquando iurans illicita non potest facere contra iuramentum propria auctoritate. GLOS. Vt qui iurat non recipere curam pastoralem, vel causa metus. GRAT. Iuramentum illicitum scienter factum non seruandum; nam ignorantia facti, non iuris excusat. Item non semper est illicitum iuramentum, si deest aliquis comes.

QVÆSTIO V.

AN qui compulsus peierat, & qui compulit sit reus periurij. Resp. sic. 3

CAP. *Qui compulsus*. CAP. *Qui peierat*. CAP. *Si quis coactus*. CAP. *Si quis peierauerit*. CAP. *Ille qui*. CAP. *Qui exigit*. CAP. *Si quis conuictus*. CAP. *Hoc videtur*. CAP. *Quacumque*. CAP. *Ecce duo*. CAP. *Humanæ aures*. Falsum iurans, & scienter compellens iurare, vterque est periurus, & multis pœnis puniuntur. (vide ibi.) Item periurium est peius homicidio. Item quando arte verborum iuratur, Deus accipit sicut intelligit is, cui iuratur. Item humanæ aures iudicant verba, vt foris sonant, sed Deus secundum intentionem proferentis, & intentio non debet deseruire verbis, sed verba intentioni.

CAP. *Iuramenti*. Inter iuramentum, & locutionem fidelium non debet esse differentia. CAP. *Qui peierare*. Qui est paratus peierare, est periurus antequam iuret, quia Deus videt cor.

CAP. *Paruuli*. Qui non sunt in rationabili ætate, id est xiv. anno, non cogantur

gatur iurare. Item semel periurus non sit testis, nec in sua, vel alterius causa iuret.

4 CAP. *Pueri*. Puella in puerili ætate in domo patris nescientis, si iurauit, vel vouit, & pater eius, vt sciuit statim contradixit, iuramentum, & votum sint irrita. GLOS. Pater debet reuocare iuramentum filij, quàm cito scit, sed votum Religionis non tum statim cum scit, sed potest contradicere vsque ad annum, & diem.

CAP. *Honestum*. Qui iurat debet esse ieiunus. GLOS. Ex honestate, & consuetudo est in contrarium, & puer ante annum XIV. non cogatur iurare.

CAP. *Decreuit*. Certis temporibus non admittendum iuramentum. GLOS. Iam præualuit consuetudo contra.

CAP. *De forma fidelitatis*. Qui iurat fidelitatem domino, hæc intelligat, incolumem, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. CAP. *Si quis laicus*. Idem.

CAP. *Caueto*. CAP. *Quoties*. CAP. *Nullus*. CAP. *Nullus Episcopus*. Mendacium non solum est in falsis verbis, sed in simulatis operibus, & caute loquendum, & clericus non iuret laico super Euangelia, idest calumniæ, nec Episcopus compellat iurare clericos, nisi pro ratione rei ecclesiasticæ.

Causa vigesima tertia, De bello iusto, vel iniusto, de iustitia, de hæreticis: habet Quæstiones octo.

QVAESTIO PRIMA.

5 AN militare sit peccatum. Resp. non in iusto bello, vel pro defensione suæ patriæ, legum. GLOS. Clerici siue in maioribus, siue in minoribus, si volunt viuere clericè, non possunt mouere arma. An liceat vim repellere repercutiendo, aliqui negant, alij quod laicis sic, clericis non. GLOS. Tenet quod vtrique possunt vim personæ repellere, antequam inferatur, vel incontinenti illatam; & insidiantem, seu eum, qui vult occidere, licet occidere. Item si quis vim iam factam repellat protinus, præsumitur causa defendendi, quàm vlciscendi factum, quando primus percussor volebat denuo percutere: quia si nolebat, præsumitur vindicta, & non repulsa iniuriæ, & sic intelligitur incontinenti. Item qui moderamen excedit, & non ex proposito, non tenetur. Item si vis inferatur rebus, & illatam, & inferendam licet repellere, sed potius illatam.

CAP. *Nisi bella*. CAP. *Paratus*. CAP. *Noli*. CAP. *Quid culpatur*. CAP. *Militare*. CAP. *Apud veros*. CAP. *Summa*. Bella carnalia Iudæorum leguntur in ecclesia, quia sunt figuræ spiritualium, & miles debet esse animo pacatus, sed fortiter debet bellare ad corrigendum alios, & sic in bellicis armis Deo placere potest; & hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas, & reprehendere bellum, quia multi moriuntur timendum est, non religiosorum, nam militare non est peccatum, nisi propter prædam, vel rem priuatam, & Greg. hortatur milites obedire tribunis.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

QVod bellum dicitur iustum, vel non. Resp. ratione præcipientis, vel obedientis, ideſt clerici, vel rei in cauſa dominandi, vel perſonæ, contra quam. 6

CAP. *Iustum est bellum*. Bellum eſt iuſtum, quando fit præcepto Principis pro rebus repetendis, vel pro iniuria repetenda. Item non eſt dicendus iudex, ſi in eo non inſit iuſtitia.

CAP. *Dominus*. Quando bellum eſt iuſtum, licet pugnare, & vincere per inſidias. Item bellum eſt iuſtum, quod auctoritate Principis fit ad vlciſcendum iniurias, vel Deus præcipit.

CAP. *Notandum*. Iuſta cauſa fuit filijs Iſrael pugnandi, quando prohibebatur tranſitus innoxius in via publica.

QVAESTIO III.

AN iniuria ſociorum armis ſit propulſanda. Reſp. ſic, ſed cum moderamine, & ſtatim; & non à clericis. 7

CAP. *Sex differentiæ*. CAP. *Maximianus*. CAP. *Nostri*. CAP. *Pro membris*. CAP. *Fortitudo*. CAP. *Si quis*. CAP. *Non in inferenda*. CAP. *Qui potest*. CAP. *Iustum*. CAP. *Ab Imperatoribus*. CAP. *Ostendit*. Licitum eſt petere auxilium in tribulationibus, & licitum eſt iudici vindicare iniurias, licet particulari non liceret petere vindictam. Item qui poteſt, & non repellit iniuriam ſocij, eſt in vitio, ſicut qui facit: & qui deſinit obuiare cum poteſt, conſentit.

QVÆSTIO IV.

AN vindicta ſit inferenda. Reſp. ſic à iudice, amore correctionis, vt delinquens corrigatur, & innocens liberetur. 8

CAP. *Tolerandi*. CAP. *Tu bonus*. CAP. *Quod ego*. CAP. *Ecce*. CAP. *Quiſquis*. CAP. *Ita planè*. CAP. *Si quis*. CAP. *A malis*. CAP. *Recedite*. CAP. *Quam magnam*. CAP. *Forte*. CAP. *Tres perſonas*. Tolerandi ſunt mali nobiſcum, ſed reprehendendi pro pace eccleſiæ, vt Chriſtus Iudam: & ſic eris pacificus, hoc eſt non communicare, non conſentire.

CAP. *Qui ſecundum*. CAP. *Quantus*. CAP. *Hac autem*. In eccleſia ſunt permulti boni, & mali, & præſumptio eſt velle auferre zizania: & qui non tolerat malos, fit malus.

CAP. *Cum in lege*. CAP. *Infideles*. CAP. *Quidam*. CAP. *Cum quiſque*. Rigor legis temperatur in Euangelio, nec debemus vitare infideles, & propter ſcandalum remittendus rigor legis, vt excommunicandi, præſertim in occultis.

CAP. *Sicut non eſt*. CAP. *Obtineri*. CAP. *Nabuchodonoſor*. CAP. *Vaſa iræ*. Quæ prædeſtinanda ſunt precibus obtinemus: Deus primus deſtinando eligit, præſciendo relinquit. Vide ibi fuſe de prædeſtinatione: & omnes corrigendi, licet nemo ſaluetur, niſi prædeſtinatus.

CAP. *Ipſa pietas*. CAP. *Quid faciet*. CAP. *Quid Chriſtus*. Mali corrigendi 9

gendi, nisi ad euitanda scandala temperetur securis, vt ex multitudine pauci puniendi.

CAP. *Inter querelas*. CAP. *Si is*. CAP. *Si illic*. Episcopus pro iniuria propria neminem debet excommunicare, sed puniat peccantem in Deum: & iniuria remissa, iterum reuocari non debet.

CAP. *Guilisarius*. Prælatus excommunicet eum, qui offendit ecclesiam in persona Prælati, vt incarcerando. CAP. *Si quis*. Iudex nullum damnet sine accusatore. Item priuatus, si non potest probare, non accuset.

CAP. *Non potest*. Quando peccatum est multitudinis, vel eius, cui est annexa multitudo, flendum potius, quàm cum scandalo puniendum, non tamen fugiendum, sed prædicandum, si fieri potest.

10 CAP. *Est iniusta*. CAP. *Ne amisso*. CAP. *Duo ista*. CAP. *Ille*. CAP. *Nimium*. Qui latronem non punit pietate parentum, innocentes tradit exitio; nec pater in mala causa defendendus, sed homini miserendum, peccatori irascendum. Item non sunt deserendi boni propter malos, sed mali tolerandi propter bonos.

CAP. *Displicet*. CAP. *Quando*. CAP. *Qui peccat*. Hæretici, & mali sunt trahendi ab ecclesia ad salutem etiam inuiti: nec mirum si Principes sæculares affligunt, & puniunt hæreticos inimicos matris suæ, sicut iustè eos persequitur ecclesia. CAP. *Non inuenitur*. CAP. *Si ecclesia*. CAP. *Quis nos*. CAP. *Quid crudele*. Idem vt supra. Malo cogendi exemplo Christi.

CAP. *Quæsitum*. CAP. *Illud*. CAP. *Si quos*. CAP. *Sicut*. CAP. *Si non*. Non peccat iudex Christianus, qui morte cōdemnat reos: sic placatur Deus, vt contra hæreticos bellum gerendum.

CAP. *Si ea*. CAP. *Ea vindicta*. CAP. *Quisquis*. CAP. *Debet homo*. CAP. *Mali sunt*. Punienda delicta etiam Christianorum, secus prouocatur Deus ad iram, sic diligimus sicut nosipsos.

QVAESTIO V.

fol.46. AN sit peccatum hominem occidere, & quid de Iudice.

I CAP. *Circumcelliones*. CAP. *Pœna*. CAP. *Vnum*. CAP. *Prodest*. CAP. *Hæc tamen*. CAP. *Quid ergo*. CAP. *Reos*. Licet mali hic puniantur, ne in æternum flagellentur, & quies Ecclesiæ Principum seueritate iuuetur, tamen ecclesiastici curent, vel puniant malos non morte, vel mutilatione, sed alijs pœnis.

CAP. *De occidendis*. CAP. *Si non licet*. CAP. *Tu dixisti*. CAP. *Non est*. CAP. *Placuit*. CAP. *Miles*. CAP. *Cum minister*. CAP. *Sex*. CAP. *Officia*. CAP. *Non est*. CAP. *Non frustra*. CAP. *Cum homo*. CAP. *Principes*. CAP. *Res autem*. CAP. *Incestuosi*. CAP. *Regum officium*. Non licet priuato occidere hominem, ne alium occidat, nisi ministro ex officio Iustitiæ: nec nobis imputatur, quando aliquid contingit præter nostram voluntatem, nec tenemur abstinere à licitis: nec licet homini, etiam iusto, seipsum interimere, ne ab alijs occidatur, sicut non licet iustum interficere, vt assequatur gloriam. Item illi qui se interficit, non est danda sepultura, nec est pro hoc orandum. Item interficiendo obediens non peccat, immo contra. Item officialis sponte occidens reum est homicida, nec semper peccat qui alteri dat occasionem mortis. Item quod clerici exhortando corrigere non possunt, puniat

puniat Princeps laicus, secus peccat.

CAP. *Si apud*. CAP. *Dicat*. Fides seruanda est carnalibus dominis; secus est peccatum,& non præmiabuntur à Domino. CAP. *Administratores*. Princeps excommunicetur. 2

CAP. *Non solum*. CAP. *Non est crudelis*. CAP. *Qui malos*. CAP. *Iudex*. CAP. *Homicidas*. CAP. *Si audieris*. CAP. *Ad fidem*. CAP. *Si propterea*. CAP. *Si vos*. CAP. *Non putes*. CAP. *Non est*. CAP. *Qui vitiis*. CAP. *Sunt quidam*. CAP. *Rex*. CAP. *Si homicidium*. CAP. *Non vos*. Minister iustitiæ tenetur malos perdere, & sic non est crudelis, nec homicida: & Reges vindicent iniurias ecclesiæ. Item non corrigere subditos est languor,& non charitas.

CAP. *De Liguribus*. CAP. *Quali*. CAP. *Relegentes*. CAP. *Omnium*. CAP. *Excommunicatorum*. CAP. *Quis enim*. Principes puniant,& persequantur hæreticos, schismaticos, & inimicos Ecclesiæ: & qui moritur in certamine contra infideles,obtinebit regna cælestia. CAP. *Remittuntur*. Aliquando Deus punit peccata per populum excitatum.

QVÆSTIO VI.

AN mali sint cogendi ad bonum. Resp. ad bonum, quod numquam voluerunt, vt ad fidem, non; ad aliud sic. 3

CAP. *Schismatici*. CAP. *Quod erraverat*. CAP. *Vides*. CAP. *Iam vero*. Hæretici,schismatici,mali sunt cogendi ad bonũ,etiam per leges Principum.

QVÆSTIO VII.

AN hæretici sint expoliandi suis, & ecclesiæ rebus, & an qui possident ablata hæreticis possideant aliena. Resp. licet per iudicem, vt in bello iusto.

QVAESTIO VIII.

AN clericis liceat arma mouere. Resp. non.

CAP. *Nimium*. CAP. *Cum à Iudæis*. CAP. *Non pila*. CAP. *Quicumque*. CAP. *Clerici*. CAP. *Quicumque*. Clerici orent, & plorent,non arma tractent; secus, amisso gradu sui ordinis claudatur in monasterio ad pœnitendum: & si in armis sepeliatur, non oretur pro eo. 4

CAP. *Igitur*. CAP. *Scire vos*. CAP. *Omni*. CAP. *Hortatu*. CAP. *Dispar*. CAP. *Propterea*. CAP. *Legi*. CAP. *Occidit*. CAP. *Si multa*. CAP. *Petrus*. CAP. *Vt pridem*. CAP. *Suppliciter*. Licet clerici non possint propria manu arma tractare, tamen possunt colligere milites, & hortari ad bellum,ad defendendum oppressos,ad impugnandum hostes Dei,vt hæreticos: quod probatur multis exemplis. Item qui moritur in defensione christianorum,saluabitur. Item contra latrunculos est opus bellare, quia si quos ex officio emendare debet,non corrigit, ipse committit; & punire est pietas. Item si vrget necessitas, etiam in tempore quadragesimali possunt armare, & bellare.

CAP. *Reprehensibile*. CAP. *Si in morte*. Episcopi non se occupent in militari- 5

litaribus negotijs, nec se immisceant in morte alicuius. GLOS. Episcopi, qui non habent Regalia.

CAP. *Conuenior*. CAP. *Tributum*. Ecclesiæ non sunt subiectæ Imperatori, nec illi danlæ; sed de extrinsecis, idest ante subiectis potest dari tributum, vel libere.

CAP. *In qualibet*. CAP. *Secundum*. CAP. *Sancitum*. Clerici sunt immunes vbique, nec soluunt censum de Decimis, & rebus ecclesiæ, nisi res cum onere transierint.

CAP. *Quo ausu*. CAP. *Si quis*. CAP. *Si vobis*. Episcopus non eat ad curiam Imperatoris contempta ecclesiastica; si secus, exulet, & puniatur.

CAP. *Sæpe*. CAP. *His*. Clericus agitans iudicium sanguinis, etiam iussu Regis, fit reus sanguinis, & gradum perdat.

CAP. *Si quis*. Qui sine auctoritate truncat membrum, vel incenderit domos, vel iusserit, vel consenserit, si monitus non se emendat, excõmunicetur.

CAP. *Pessimam*. Odio, vel vindicta incendiarius per se, vel per alium, & dans consilium, vel auxilium excommunicetur, & non absoluatur, nisi damnum reficiat, & iuret imposterum non incendere: & si Episcopus relaxat, damnum restituat, & abstineat à Pontificali officio per annum.

CAP. *Quicumque*. Qui sine auctoritate criminosum occidit, vel mutilat, vel debilitat, puniatur vt homicida.

CAP. *Si quatuor*. Quando plures rixantur contra vnum, si ille vulneratur, & moritur, qui vulnerauit, est homicida; alios pœniteat vt homicidas.

6 *Causa vigesimaquarta. De hæreticis, & excommunicatis, an possint alios punire: habet Quæstiones tres.*

QVAESTIO PRIMA.

LApsus in hæresim, an possit alios censurare, vel officio priuare. Resp. non. GLOS. Excommunicatus si excommunicat, excommunicatio non tenet, tamen est toleranda, dum ipse, v. g. est occultus hæreticus, & si non est scandalum, potest celebrare: idem de alijs sententijs.

CAP. *Acharius*. (vsque ad CAP. *Quisquis*.) Agitur de hæreticis, & schismaticis, qui non possunt excommunicare (fusè,) &c. Ita quod error in Ecclesia Romana esse non possit, in qua solum est vera fides. Item Papa hæreticus est excommunicatus, & minor alijs. Item hæretici fugiendi. Item schismaticus non potest consecrare Episcopum. Item hæreticus punitur multis pœnis.

7 CAP. *Quisquis*. CAP. *Subdiaconus*. Hæretici licet habeant potestatem ordinis, & collata sacramenta teneant, tamen, non habent executionem; & sic non possunt excommunicare. *c. vergentis, de hæreticis*.

CAP. *Si quem*. Qui mente catholica, sed in necessitate baptizatur ab hæretico, laudatur vt catholicus; secus, si sine necessitate, & mente hæretica.

CAP. *Si quis*. Qui accipit communionem de manu hæretici, varie punitur pro qualitate criminis. CAP. *Cæpit*. Potius moriendum, quàm communicari ab hæretico.

QVÆ-

QVAESTIO II.

AN post mortem possit quis excommunicari, vel absolui. Resp. nisi in casu heresis, sed pro bonis in multis. 8

CAP. *De communione*. CAP. *Legatur*. CAP. *Nec quisquam*. CAP. *Damnatio .is*. Qui noluit absolui in vita, nec est absoluendus post mortem, cum de hoc non detur exemplum in ecclesia Dei. Item pro peccatoribus defunctis, non notorijs, nec excommunicatis, possumus accipere oblationes. Item non relaxetur sententia incorrigibili.

CAP. *Sanè*. Hæretici mortui possunt excommunicari, & iniuste excommunicati possunt reconciliari. Item mortui, qui relinquunt hæreticis sua bona, possunt excommunicari.

QVAESTIO III.

AN pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda. Resp. non, sed bene corporaliter punitur. 9

CAP. *Si habes*. Nemo excommunicatur pro peccato alterius. CAP. *Compertmus*. CAP. *Qui negligunt*. CAP. *Si quis*. CAP. *Non in perpetuum*. CAP. *De illicita*. CAP. *Cum alijs*. CAP. *De illis*. CAP. *Certum*. Excommunicatio illicita non ligat excommunicatum, sed lædit excommunicantem, quia excommunicatus auctoritate superioris redit ad communionem: sed illegitime excommunicans, idest sine trina admonitione, vel vna pro trina, excommunicatur ad tempus arbitrarium. GLOS. Hodie arcetur ab ingressu ecclesiæ, & sacro. Item tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptorio, est quis vocandus ad causam. Item quilibet iudex potest mittere peremptorium, non tamen statim, & tempus peremptorij est arbitrarium, & est citandus peremptorie. Item si reus ad primam citationem dicat se nolle venire, non est amplius citandus; quia est certus contumax. Item contra citatum non peremptorie sententia non tenet. Item contumax appellans non auditur.

CAP. *Si igitur*. CAP. *Cum ergo*. Prælati, & fideles neminem debent maledicere. GRAT. Ex odio, vel vltione, sed debent ex amore iustitiæ.

CAP. *Cum sancti*. Sancti maledicunt aliquos non ex voto vindictæ, sed ex amore iustitiæ. CAP. *Apostolica*. Errantes, & in errorem mittentes sunt excommunicandi.

CAP. *Tam sacerdotes*. Incorrigibiles excommunicentur. CAP. *De excommunicationis*. Post admonitiones est quis excommunicandus. CAP. *Resecando*. CAP. *Corripiantur*. CAP. *Ecce*. Mali corripiendi, & excõmunicandi. 10

CAP. *Anno*. Habens duas vxores de facto excommunicetur. CAP. *Itaque*. Etiam homicidæ, & falsi testes. CAP. *Si quis*. Sic potens spolians clericum, vel religiosum, & obedire contemnens. CAP. *Quisquis*. Idem.

CAP. *Si quis Romipetas*. Qui capit, vel spoliat Romipetas, & peregrinos etiam aliarum ecclesiarum. Item qui ponit noua pedagia, excommunicetur donec restituat.

CAP. *Paternarum*. CAP. *Illi qui*. Qui clericos, monachos, conuersos, peregrinos, Ecclesias præsumpserit spoliare, infestare, & non se emendat intra xxx. dies, excommunicetur.

CAP.

CAP. *Inter.* CAP. *Hæresis.* CAP. *Hæreticus.* CAP. *Dixit.* CAP. *Quid autem.* CAP. *Qui in ecclesia.* CAP. *Qui aliorum.* CAP. *Transferunt.* CAP. *Illud.* Schisma est separatio, & ferè semper est cum hæresi: hæresis habet errorem, vt si aliter, quam Spiritus Sanctus intelligit scripturam, & nouas opiniones sequitur cum pertinatia, seducti ab his, si scire verum quærunt, non sunt inter hæreticos computandi, sicut neque non pertinaces. Item qui aliorum defendit errorem, est hæreticus,& dicendus hæresiarcha. CAP. *Clericus.* CAP. *Cum quibus.* CAP. *Notandum.* CAP. *Deus quando.* CAP. *Quidam.* Hæreticorum sodalitates, conciliabula vitanda. Item hæreticos excommunicare est Euangelio obedire.

fol.47. CAP. *Quidam autem.* Numerantur sexaginta septem hæreses, præter multas alias cum auctoribus. Item hæreses nominantur, vel ab auctoribus,

1 vel à causis, & rebus.

CAP. *Ideo.* Diuina prouidentia ideo multos in fide errare permittit, vt cum interrogant nos ea quæ nescimus,diuinas scripturas nosse cupiamus.

Causa vigesimaquinta, De priuilegijs, quæ dat Romana ecclesia: habet Quæstiones duas.

QVAESTIO PRIMA.

AN clerici ecclesiæ Baptismalis possint sibi vindicare decimas totius Episcopatus ex priuilegio Sedis Apostolicæ. Resp. sic.

CAP. *Confidimus.* (vsque ad finem quæstionis.) Papa potest condere nouas leges, & dispensare in omnibus excepto iure naturali, vel diuino. Item inferiores tenentur seruare decreta, & canones Pontificum, secus excommunicantur. GRAT. Papa habet ius condendi canones, sed illis non ligatur.

QVAESTIO II.

2 AN subsequenti priuilegio monachorum derogetur antiquioribus priuilegijs baptismalium ecclesiarum,si non sit mentio. GLOS. Priuilegium est lex priuata, & Princeps,vt Papa, potest dare priuilegium in præiudicium tertij, Episcopus secundum aliquos non potest, sed aliquando potest. Item priuilegium, vel est personale, & cessat; vel reale,idest loci,vt perpetuum. Item in dubio præsumitur personale.Item in priuilegio aliquid datur de nouo; in confirmatione non, sed sub conditione. Item sicut in rescriptis, sic in priuilegijs: primum non tollitur per secundum, nisi in secundo fiat mentio de primo, quod non valeat, quando ambo sunt generalia, vel specialia: sed si vnum est speciale, alterum generale: speciale præiudicat generali, licet non faciat mentionem generalis. *c.1.& c.pastoralis de rescrip.* Sed probabile est quod non, nisi fiat mentio.

3 CAP. *Priuilegia.* (vsque ad CAP. *Priuilegia.*) Priuilegia ecclesiarum, & sacerdotum seruentur intemerata. Item rescriptum contra ius refutandum, nisi sit,quod non lædat alium,& prosit petenti,vel crimen supplicanti indulgeat: quare rescripta, quæ concordat iuri,seruanda; sed subreptitia, vel obreptitia non iuuent. GLOS. Si rescriptum est penitus contra ius,iudex illud

rejiciet,

reijciet, immo auferendum de manu offerentis. & mittendum Principi: si non est contra ius ex toto, sed aliàs iniquum, est expectandum secundum mandatum Principis. Item si alium lædit, idest enormiter, vel quando incipit.

CAP. *Priuilegia*. CAP. *Si quis*. CAP. *Decessorum*. CAP. *Quecumque*. CAP. *Posteaquam*. Priuilegia ecclesiarum omnino seruanda. Item qui contemnit seruare decreta Papæ, est excommunicatus. GRAT. Non obstantibus prædictis Ecclesia Romana solet, vel in totum, vel in partem auferre priuilegia personalia, vel generalia.

CAP. *Sic decet*. Qui sine auctoritate sibi vsurpat quod non habuit, amittat quod habebat. GLOS. Vt ius eligendi. CAP. *Decernimus*. Idem in ordinando quem non debet.

CAP. *Ita nos*. Occidentes Episcopum priuantur sede episcopali.

Causa vigesimasexta, De diuinationibus, reconciliatione excommunicatorum, de pœnitentia morientium: habet Quæstiones septem. 4

QVÆSTIO PRIMA.

QVi sint sortilegi.

CAP. *Sortilegi*. Sunt qui per sortes profitentur diuinare, & per Scripturas promittunt futura. GLOS. Puniuntur pœnitentia vnius anni, & consulentes quinque.

QVÆSTIO II.

AN Sit peccatum quærere veritatem per sortem. Resp. sic, si sine necessitate, vel cum magia, vel ad inquirendum occulta; secus non.

CAP. *Sors*. Sors in sua natura, non est mala, cum in dubio humano quæratur voluntas Dei. GLOS. Sed prohibetur, ne propter assiduitatem labatur in idololatriam.

CAP. *Non statim*. CAP. *Hi qui*. CAP. *Non exemplo*. CAP. *Intelligi*. CAP. *Illud*. CAP. *Qui sine*. CAP. *Illos*. CAP. *Sed illud*. CAP. *Si de vita*. CAP. *Licet*. Non est credendum sortibus, & sortes sacræ Scripturæ non conuertendæ ad negotia secularia. Item numerantur variæ superstitiones. (vide *c. Illud*.) Item christianus sciens, & potens prohibere sacrilegia, & non prohibet, peccat; & qui nesciens aliquid etiam immolatum, & emit, non peccat.

QVAESTIO III. & IV.

A Quibus diuinatio sumpsit, exordium, & quot sunt genera diuinationum. 5

CAP. *Igitur*. CAP. *Sciendum*. CAP. *Quodam loco*. Numerantur omnes species diuinationis, & declarantur artes dæmonum in prædicendo, & sanando.

QVÆSTIO V.

AN sortilegi, & diuini sint excommunicandi, si nolint cessare.

CAP. *Si quis*. (vsque ad finem quæst.) Obseruantes Aruspices, Ariolos, Incantatores, sunt excommunicati, & diuinationes expetens punitur quinquennio, Episcopi, & sacerdotes priuantur honore, contra quos inuigilandum.

QVÆSTIO VI.

6 AN excommunicatus ab Episcopo possit absolui à presbytero inconsulto Episcopo.

CAP. *Si iubet*. Presbyter non potest conficere chrismа, consecrare puellas, reconciliare aliquem in rixa publica.

CAP. *Presbyter*. Presbyter de licentia Episcopi, potest virgines consecrare, sed non chrisma conficere. CAP. *Ministrare*. Diaconus non ministret corpus Christi, nec presbyter consecret altare, nec benedictionem solemnem populo effundat, nec benedicat pœnitentem in ecclesia.

CAP. *Presbyteri*. CAP. *Aurelius*. De licentia Episcopi presbyter de occultis peccatis pœnitentem reconciliet, & infirmantes absoluat, & communicet, vt in periculo.

CAP. *Si quis*. Pœnitens si moriatur, & petit viaticum, detur: sed si conualuerit, abstineat à communione, donec expleat pœnitentiam. GLOS. Eucharistia non est deneganda, etiam illi qui est suspendendus. Item in articulo mortis absolutus ab excommunicatione tenetur ire ad superiorem, cum potest, secus reincidit. *c. eos, qui, de sentent. excomm. in 6.*

CAP. *Qui recedunt*. Pœnitentiato si moriatur detur viaticum: etiam sine reconciliatoria impositione manus, idest solemni; & si superuixerit, abstineat, donec, &c. Item clericis desiderantibus non est neganda pœnitentia, idest priuata, quia publicam non faciunt. Item subito obmutescens potest accipere baptismum, vel pœnitentiam, si vel nutu, vel astantes dicant petijsse. Item amentibus danda sunt ea, quæ sunt pietatis, vt baptizandus, & si non creditur in mortali, communicandus.

7 CAP. *Is qui*. Infirmus petens pœnitentiam, si ob morbum obmutuit, vel fit freneticus, astantes dent testimonium, & accipiat pœnitentiam; & si creditur continuo moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia; & si superuixerit, moneatur ab astantibus fuisse satisfactum, & subdatur legibus pœnitentiæ, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit. Item pœnitentes, qui in infirmitate viaticum acceperunt, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint. GLOS. Manus impositio requiritur in pœnitente solemniter. Item pœnitentia, idest absolutio, cuius forma *c. à nobis, de sentent. excomm.*

CAP. *De his*. CAP. *His qui*. Idem vt supra, & instante necessitate petenti pœnitentiam, vel reconciliationem non sunt deneganda, etiam ad dictum aliorum.

CAP. *Si aliquis*. Excommunicatus si confitetur, & moritur, antequam veniat ad sacerdotem, si testes hoc dicunt, recipiantur oblationes pro eo. GLOS. Mortuum excommunicatum non absoluit sacerdos.

CAP.

CAP. *Si presbyter*. CAP. *Agnouimus*. Morienti, & petenti pœnitentiam non est deneganda, quia Deus respicit cor, non tempus; secus est reus animæ sacerdos.

CAP. *Presbyter*. Presbyter non reconciliet pœnitentem inconsulto Episcopo, nisi Episcopo absente vltima necessitas cogat. Item publica publice remittenda.

QVAESTIO VII.

AN morituris sit imponenda satisfactio. Resp. non, sed notificanda, vt eam faciant si superuixerint. 8

CAP. *Ab infirmis*. A morientibus pura confessio quæratur peccatorum, nec eis ponatur quantitas pœnitentiæ, satis si innotescat, vt si valeat, faciat, vngatur, & communicet.

CAP. *Tempora*. CAP. *De his*. CAP. *His qui*. CAP. *Pœnitentibus*. CAP. *Pro qualitate*. CAP. *Hoc sit*. Pœnitentia est arbitraria, & in ea iniungenda consideretur dolor, vel deuotio, ætas senilis, vires, periculum pœnitentis, & qualitas, seu modus culpæ, ac differentia. Item die dominico non ieiunandum, secus non creditur esse catholicus.

CAP. *Pœnitentem*. CAP. *Affectum*. CAP. *Erga*. Magno affectu charitatis pœnitens suscipiendus sed impœnitens sit vt ethnicus, & publicanus.

CAP. *Alligant*. Melius est minorem ponere pœnitentiam, quam maiorem, ne pœnitens succumbat, vel deijciat: & si erramus in modica pœnitentia, est misericordia, illud crudelitas.

CAP. *Non licet*. CAP. *Si quis*. CAP. *Admoneant*. CAP. *Non obseruatis*. CAP. *Quis æstimare*. CAP. *Dæmonium*. Repetit, quæ reliquit contra varias superstitiones.

Causa vigesimaseptima, De sacramentis, & primo de Matrimonio, & consequenter de voto: habet Quest. duas. 9

QVAESTIO PRIMA.

AN vouentes possint contrahere matrimonium. Resp. non, licet in voto simplici teneat, in solemni non.

CAP. *Sicut*. (vsque ad CAP. 40.) Probat quod vouentes non possunt contrahere, & si contrahant non tenet, idest in solemni; & sunt puniendi, idest sunt excommunicati, & agant pœnitentiam separatim: & quæ concubina cum viro vix probari potest an sit virgo, per manus obstetricis, & oculos matronarum, quia sæpe falluntur. Item sunt detrudendi, vel detrudendæ in ergastula, vel monasteria, & corruptores mariti varie puniuntur.

CAP. *Nuptiarum*. CAP. *De viduis*. CAP. *Si quis*. Vouentes non nubant, sed si nubunt, matrimonium tenet, idest cum voto simplici.

QVÆSTIO II.

AN Puella desponsata vni possit eo dimisso alteri nubere, idest an inter sponsum, & sponsam sit verum matrimonium. 10

CAP. *Matrimonium*. (& sequentia.) Quamuis inter sponsum, & sponsam proprie non sit matrimonium, sed promissio de futuro, tamen vocatur matrimonium initiatum, non consummatum, vel non re præsentium, sed spe futurorum, & sic dicitur quod non coitus, sed voluntas facit matrimonium,&c. vt in B. Virgine cum Ioseph, inter quos fuit triplex bonum coniugij. Item frater non potest ducere sponsam relictam à fratre. Item nullus sub pœna excommunicationis ducat sponsam alterius. Item nullus ducat consanguineam, vel affinem, vel repudiatam.

CAP. *Non est dubium.* (& infra) CAP. *Cum societas.* CAP. *Lex diuina.* Mulier, quæ non cognoscitur, non pertinet ad matrimonium, idest arctata. Item si Pater destinat primam filiam non consentientem vni, illa mortua potest secundam dare.

CAP. *Sunt qui dicunt.* CAP. *Multorum.* CAP. *Agathosa.* CAP. *Si quis.* CAP. *Si vir.* CAP. *Si tu.* CAP. *Quia Agato.* CAP. *Scripsit.* Coniux non potest fieri regularis, nisi de licentia coniugis, qui etiam se couertat ad Deum, & nisi coniux sit adultera, & post sententiam; secus si ingrediatur, est restituendus vxori. Idem dicendum, si velit agere vitam continentē. GLOS. Erunt
fol.48. duo in carne vna ex fictione iuris, vel ad prolem procreandam. Item vxore intrante religionem maritus est senex, & in castitate potest in sæculo re-
1 manere. *c. cum sis praditus de conuersione coniug.* Si non est senex, & dat licentiam viro, intelligitur vouisse, & debet ingredi religionem, si sciebat ius, secus si erat ignora iuris, & potest repetere virum. Item si vxor adulteratur non publice, & sine iudicio ecclesiæ dimittatur, est restituenda, nisi ipsa se spol'asset vagando cum adultero. Item maritus religiosus, &c. si reuocetur mortua vxore, tenetur redire, sed Abbas non potest eum repetere; & si secundo contrahit matrimonium tenet, si sine licentia vxoris est professus, secus non. Item repetitus à muliere potest reddere, & petere debitum. Item neuter ante sententiam ecclesiæ potest intrare religionem adultero inuito, si publice sit fornicata, quia tunc potest adultera inuita, sed non potest ista: sed post sententiam facta separatione vterque adultero inuito.

2 CAP. *Desponsatam.* CAP. *Decreta.* Parentes non possunt desponsatam puellam vni alteri dare, sed potest desponsata intrare religionem. GLOS. Si sine licentia sponsi ingreditur, sponsus expectabit per duos menses; si cum licentia, per totum tempus probationis. Alij, quod etiam si dat licentiam, debet expectare per duos menses: tantum dubitant, an possit secundam ducere: Puto sic.

CAP. *Quod autem.* Si mulier per verum iudicium probat impotentiam mariti, potest alium accipere. GLOS. Probabit per aspectum, & per septimam manum propinquorum, non obstante quod maritus iuret oppositum. Item impotentia si est post carnalem copulam, non dirimit.

CAP. *Qui dormierit.* Vxoratus si peccat cum sorore vxoris, non potest petere debitum ab vxore, & mortua vxore non potest alteram ducere, nec illa alium.

CAP. *Quidam.* Qui cum sponsa sua coire non potest, si illam frater eius cognoscit, non potest fratre mortuo illam ducere, quia est publica honestas: potest tamen aliam ducere, quia metus, idest impedimentum publicæ honestatis, minus punitur, quàm affinitas. Item cum sponsa non committitur adulterium.

CAP.

CAP. *Raptor*. CAP. *Statutum*. Raptor publice puniatur. Item rapta, quæ erat sponsa alicuius, si non consensit raptui, & eam sponsus non vult, potest alteri nubere. GLOS. Si non consensit ante, vel post, secus non posset nubere, nisi timeretur incontinentia. Item sponsa de præsenti si non consensit non potest dimitti. GRAT. Coniugium initiatur in desponsatione, perficitur permistione, & sic vtrúque dicitur iugium illud initiatum, hoc ratum. 3

CAP. *Cum initiatur*. CAP. *In omni*. CAP. *Quapropter*. CAP. *Si quis*. In desponsationem initiatur matrimonium, sed perficitur in commistione.

CAP. *Institutum*. Post pacta, non statim traditur sponsa, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit sponsus delatam.

CAP. *Genuit*. (cum alijs sex cap.) In scriptura sponsa vocatur coniux, & sponsus vir, & futurus vir vocatur gener, vbi multa de B. Maria, & Ioseph. GLOS. Et GRAT. Sponsa de futuro semper est cogenda stare cum viro, nisi euidentissima subsit causa. Item sponsalia soluuntur in 7. casibus: primo, si alter vult ingredi religionem, etiamsi esset sponsa de præsenti: secundo, si recedit ad remotam regionem, nec potest inueniri: tertio, si sit deformis, vt si leprosus: quarto, si superuenit affinitas, vel si fornicatur etiam coacte: quinto, si mutuo se absoluunt: sexto, si contraxit cum alio de præsenti: septimo, si minor fecit, & adultus non vult. 4

CAP. *Desponsatas*. CAP. *Atho*. CAP. *Raptus*. CAP. *Lex illa*. Sponsa rapta etiam deflorata eripiatur à raptore, & detur sponso, & raptor si obstat, excommuninicetur.

CAP. *De coniugali*. Sponsa per verba de præsenti non potest alteri nubere, & contra faciens est excommunicatus.

CAP. *Duobus*. Qui dedit fidem pactionis, idest de futuro, non potest alteram ducere; sed si ducit, tenet secundum. Qui dedit fidem consensus, idest de præsenti, non potest aliam ducere, & si ducit, non tenet secundum, reuertatur ad primam.

Causa vigesima octaua, De matrimonio infidelium, quid si conuertatur: habet Quæstiones tres.

QVAESTIO PRIMA.

AN sit verum coniugium inter infideles. Resp. sic. GLOS. Egit de impedimentis: votum, ordo, ligamen honestas, nunc disparitas cultus. GRAT. Et GLOS. Licet inter infideles non videatur esse matrimonium propter aliquas auctoritates, tamen reuera est, licet non ratum. Item si vnus conuertatur, & alter non, si est Iudæus, conuersa potest alium ducere, tamen hodie aliter dicendum. *c. quanto, c. gaudeamus, de diuortijs*: Nam si non vult conuerti, nec cum ea habitare sine iniuria creatoris, potest alium ducere: si autem vult cohabitare in pace, est in electione fidelis habitare, vel non, sed non potest aliam ducere ea viuente: & sic Matt. 19. *Qui non reliquerit vxorem, fratres, &c.* idest infideles. 5

CAP. *Nunquid*. Inter infideles est verum matrimonium, & si conuertantur, filij suscepti ante baptismum non sunt spurij, & succedunt hereditati.

CAP. *Si quis*. CAP. *Simili modo*. Qui ante baptismum dimisit vxorem,

post baptismum erit in sua potestate eam habere, vel non. GLOS. Si remansit infidelis, non tenetur, nec potest nisi in tribus casibus *c. gaudemus de diuortijs.* si vterque baptizatur, & fuit repudiata non propter fornicationem, sed secundum morem gentilium, compellitur eam recipere, etiam si alteri nupserit, quia ista fornicatio erat licita secundum eos: si propter præcedentem fornicationem fuit repudiata, non compellitur eam recipere, quia per baptismum; & si tollatur peccatum, & accusatio, non tamen tollitur exceptio sibi competens: vide *c. gaudemus de, diuortijs.*

6 CAP. *Vxor.* CAP. *Idolatria.* CAP. *Non solum.* CAP. *Si infidelis.* CAP. *Iam nunc.* CAP. *Sic enim.* Fidelis sine culpa reliquit vxorem infidelem, quæ non vult habitare cum viro, an faciat aliquod peccatum mortale. GLOS. Secundum aliquos idem dicendum de vxore fideli, quæ stimulat maritum ad mortale, quia est quædam fornicatio: similiter si coniux sit hæreticus, est recedendum ab eo, secundum glossam, sub præcepto: Consilium tamen est non dimittere coniugem infidelem, vt conuertatur.

CAP. *Iudæi.* Iudæi, quorum vxores baptizantur, moneantur ab Episcopo, vt si velint illas habere, baptizentur, sin separentur, & filij sequantur parentem Christianum. GLOS. Hoc dicitur specialiter de iudæis, quia periculosiores, & peius, si mas est infidelis. Item videtur hoc caput correctum à. *cap. quanto, de diuortijs.*

CAP. *Iudæorum.* Filij iudæorum conuersi separentur à parentibus, & educentur in monasterijs, vel apud pias fœminas.

CAP. *Sæpe.* Iudæi baptizati non habeant commertia cum hæbreis: si secus, baptizati dentur Christianis, & Iudæi cædantur.

CAP. *Nullus.* Baptizatus non manducet Azyma cum iudæo, nec cum eis habitet, nec infirmus iudæum ad se vocet, aut medicinam ab eis percipiat, vel cum eis in balneo se lauet: contra faciens, si est clericus deponatur, si laicus excommunicetur. GLOS. Nisi prædicator.

7 CAP. *Omnes.* Christiani vitent conuiuia iudæorum, nec eos admittant ad conuiuium. GLOS. Idem cum gentilibus, qui discernunt cibos, non de locutione.

CAP. *Caue.* Non est faciendum matrimonium cum iudæo, vel gentili, vel hæretico. GLOS. Non baptizato, licet cathecumeno.

CAP. *Non oportet.* Cum hæreticis non sunt miscenda connubia, vel filios, vel filias dare, sed potius accipere, si promittunt se facturos catholicos.

CAP. *Si quis.* Christianus, vel Christiana contrahens cum hebræo, excommunicetur. GRAT. Matrimonium, vel est legitimum, & non ratum, vt inter infideles, vel vtrunque inter christianos.

QVÆSTIO II.

8 AN conuersus possit secundam ducere viuente prima. Resp. non, nisi quando illa non vult cohabitare cum conuerso, nisi cum iniuria.

CAP. *Si quis.* Qui habet vxorem ante baptismum, viuente illa post baptismum, non potest aliam ducere, quia in baptismo crimina soluuntur, non coniugia. GLOS. Si vult cum illo habitare, & tunc etiam potest transire ad Religionem illa inuita, quia matrimonium non est ratum.

CAP. *Si infidelis.* Si infidelis in odium, & contumeliam Christi discedit, nec

nec vult cohabitare, fidelis potest alium ducere sine peccato, quia contumelia creatoris soluit ius matrimonij relicto; sed infidelis discedens, peccat in Deum, & in matrimonium. GLOS. Soluitur sine sententia Ecclesiæ, & vinculum, & obligatio, & seruitus matrimonij. Item relinquens potest aliam ducere sine peccato, si relicta nupsit, quia matrimonium non potest claudicare, cum sint duæ relationes, nisi in petitione debiti, quia sunt duæ obligationes. GRAT. Licet dimittere infidelem volentem cohabitare, sed non aliam ducere ea viuente; sed discedentem non oportet sequi, & potest aliam ducere; secus, si ad fidem vterque fuit conuersus, & deinde alter discedit à fide, & in odium fidei non vult cohabitare.

QVÆSTIO III.

AN qui ante baptismum habuit vnam, post baptismum alteram, sit bigamus. Resp. Hieronymus non. Aug. sic. 9

CAP. *Oportet*. Qui ante baptismum habuit vnam, post alteram, non est bigamus, quia innouato per baptismum omnia vetera sunt dimissa. GLOS. Non placet.

CAP. *Acutius*. Qui ante baptismum habuit vnam, post alteram, est bigamus, quia in baptismo crimina abolentur, non coniugium, vt cathecumena vitiata inter Dei virgines, non potest consecrari.

Causa vigesima nona, De impedimento erroris: habet Quæstiones duas.

QVAESTIO PRIMA.

AN sit matrimonium inter eos, inter quos est error personæ. Resp. non; secus si est fortunæ, vel qualitatis. GLOS. Error personæ, & conditionis dirimit non ex natura sua, sed ex constitutione ecclesiæ, & Papa posset oppositum constituere. Item quæ numquam quocumque modo audiuit de aliquo, v.g. Rege Galliæ, & consentit in hunc dicentem se esse Regem Galliæ, non est matrimonium, contra aliquos. Immo si Rex Galliæ consensit in hanc, & illa consentit in hunc, quem putat Regem ex errore, consensit in illum regem, & fit matrimonium cum rege. Item idem in venditione, si erratur in materia, vt in aurichalco pro argento, non tenet, nec si tibi non venderem, sed error in persona; secus si vendo vni, mox secundo vendo alteri, cui rem trado, tunc secus emptor est potior. 10

QVAESTIO II.

DE conditione. An liceat dimittere virum, quem inuenit seruum. fol.49.
Resp. sic. GLOS. Si nesciens contraxit, potest. Item error melioris 1
conditionis, non dirimit matrimonium, vt libera intendens contrahere cum seruo, si contrahit cum libero tenet; sic si seruus intendens contrahere cum libera, contrahit cum serua, matrimonium tenet, quia neuter potest alteri obijcere, licet oppositum alij teneant: & alij dicunt, quod si error interuenit

in dispari conditione, dirimitur, vt si seruus nesciens contrahit cum libera; si in pari non,vt putans cum libera,contrahit cum serua,& hanc tenet Glossa.

CAP. *Omnibus*, CAP. *Si quis*. CAP. *Si quis ancilla*. Quilibet potest contrahere, & qui scienter contrahit cum serua matrimonium, tenet.

CAP. *Si quis ingenuus* CAP. *Si fœmina*. Si vir liber scienter contrahit cum serua,matrimonium tenet; si ignoranter,vbi hæc sciuit potest eam redimere, & cum ea remanere si vult, sin minus potest aliam ducere. Idem potest facere libera, si nesciens contrahit cum seruo. GLOS. Si liber nesciens contraxit cum serua,& dominus postea eam manumisit, vbi hoc sciuerit, potest eam dimittere, quia primus consensus fuit nullus. Item si tempore contractus dominus sciebat, matrimonium contrahit, & tacuit, matrimonium tenet, quia eo ipso intelligitur dedisse libertatem. Item si liber nesciens contraxit cum serua, & postea re cognita vult illam, tamen serua non cogetur stare cum illo, quia non est matrimonium,contra aliquos; non sic quantum ad fidem.

2 CAP. *Cuius rei*. Si quis dimisit vxorem prætextu seruitutis, & illa probat libertatem, cogitur illam accipere. GLOS. An liber possit dimittere vxorem cognitam seruã,quam putabat liberam,sine iudicio ecclesiæ? videtur sic, quia retinendo faceret sibi præiudicium. Resp. non,etiam si seruitus sit manifesta. *c. porrò, de diuort.* & pendente accusatione alter alteri tenetur reddere debitum. *c. laudabile, vt lite pend.* & pendente causa non negabit alimenta, sed sponte non debet ei commisceri, ne sibi præiudicet. *c. proposui, de coniug. ser.* nisi ad mandatum ecclesiæ. Item si maritus non probat seruitutem, coniux intelligitur probasse libertatem. Item sententia iudicis, quod sit libera,omnibus præiudicat; quod non sit serua,soli petenti.

CAP. *Perlatum*. Quando coniux liber dolose se seruum facit,matrimonium non soluitur, nec coniux fit serua. GLOS. Immo vxor potest repetere libertatem mariti.

CAP. *Dictum est*. Coniugium legale seruorum,etiam cum voluntate dominorum non dirimitur, etiam si habeant diuersos dominos,sed in eo seruiant suis dominis. GLOS. Si domini sint in diuersis Prouincijs,cogatur vnus dominus vendere alteri, & si hic non vult emere, emat Ecclesia, & peccat distrahendo. 13. *q. c. vnaquaque*.

Causa trigesima. De cognatione spirituali, & de clandestinis: habet Quæstiones quinque.

QVAESTIO PRIMA.

3 AN qui suscipit proprium filium in baptismate, possit reddere debitum suæ vxori. Resp. sic.

CAP. *Peruenit*. CAP. *Si quis*. Qui suscipit filium proprium in baptismo, debet separari ab vxore, donec agat pœnitentiam. Idem si filiastram, quia est compater, & compaternitas contrahitur etiam in his, quæ præcedunt baptismum, & compater qui contrahit cum commatre, excommunicetur, donec pœniteat. GLOS. Non sunt separandi, nisi ad tempus pro pœnitentia,vel sponte velint. *c. de eo. c. si vir, de cognat. spirit.* Item, an si christianus

leuat

leuat à fonte filium Iudææ, contrahat affinitatem, ita vt si illa conuertatur possit cum illa contrahere. Resp. sunt opiniones. Item vij. fiunt in baptismo. Item quæ præcedunt baptismum, impediunt, sed non dirimunt. *c. contracto, de cognat. spirit.* Item dona, quæ sequuntur cathechismum, an prosint morientibus infantibus.

CAP. *Nosse*. CAP. *Dictum*. Quando vxor leuat de fonte filium mariti, non est separanda à marito, sed reddat debitum, & si ex dolo fecit, pœniteat. GLOS. Leuans perdit ius exigendi, sicut fornicator: an si petat, alter debeat reddere, aliqui quod sic, sicut ei qui vouit ad tempus, & petit. Resp. non tenetur, quia non habet ius petendi etiam ante sententiam: ergo hic nec tenetur reddere. Item si vterque leuauit, neuter potest petere, sed subuenitur iure replicationis. *c. significasti, de diuort.* Item qui promiserunt perpetuam continentiam, & alter fornicatur, alter non potest petere debitum, sed ecclesia cogit reddere. *c. 5. de diuort.*

CAP. *De eo*. Qui contrahit cum filiola, vel commatre, grauiter puniatur, & separetur. Item qui leuat proprium filium, puniatur, & secundo non contrahat.

CAP. *De his*. Qui filiastrum in chrismate tenet, non separetur à coniuge, sed puniatur. 4

CAP. *Ad limina*. Qui necessitatis causa filium suum baptizauit, ab vxore non separetur.

CAP. *Omnes*. CAP. *Si quis*. CAP. *Non debet*. Mulier, quæ confitetur, est æque filia spiritualis, ac leuata à baptismo: & qui peccat cum aliqua ex his, perpetuo pœniteat, & si res est publica, deponatur. GLOS. In sacramento pœnitentiæ contrahitur quædam paternitas. Non sic quando laicus audit peccata. Item regulares possunt fieri compatres baptizando, non leuando.

QVAESTIO II.

SPonsalia non fiunt sine consensu, & sic infantes non possunt facere sponsalia vsque ad septennium. GLOS. Nisi proximi sint septennio, ita quod sint capaces intelligentiæ. Item matrimonium teneret, si ante ætatem possent coire. *c. puberes, de sponsalib. in 6.* 5

CAP. *Vbi non*. Parentes non possunt sponsare pueros in cunabulis, nisi vbi venerint ad annos discretionis consentirent. GLOS. Parentes, qui iurauerunt sponsare filios, si adhibent operam, quam possunt, & filij nolunt, non sunt periuri; & si apposuerunt pœnam contractus, pœna non potest peti, quia matrimonia non facienda ex pœna. Item de communi consensu possunt dissolui sponsalia, etiam iurata, contra aliquos. *c. præterea, de sponsalib.* Item qui contraxerunt ante ætatem, & sic perseuerantes in ætate non contradicunt; si simul habitant, matrimonium est confirmatum; secus si seorsum. *c. attestationes, de sponsalib. impub.*

QVÆSTIO III.

AN filij spirituales, vel adoptiui possint contrahere cum naturalibus. Resp. non, secus post Concilium Tridentinum. 6

CAP. *Ita diligere*. CAP. *Pitacium*. CAP. *Non oportet*. CAP. *Super*. CAP.

CAP. *Post susceptum*. CAP. *Per adoptionem*. Filij naturales non possunt accipere filiam spiritualem patris, sorores vero istius filiæ spiritualis, si non sint filiæ spirituales possunt. Item de filia adoptata, si non sit emancipati, secus posset vir. Concil.Trid.

CAP. *Illud*. Pater potest accipere in vxorem sororem filiæ suæ spiritualis, sicut filius potest accipere sororem sororis spiritualis.

QVÆSTIO IV.

7 AN quis possit successiue contrahere cum duabus commatribus. Resp. non, nisi quando est filius vtriusque.

CAP. *Sciscitatur*. CAP. *Si presbyter*. CAP. *Si quis*. CAP. *Spiritualem*. CAP. *Post vxoris*. Maritus non potest ducere in vxorem commatrem vxoris suæ mortuæ: & qui peccat cum matre, & filia, vel cum duabus sororibus, vel cum duabus commatribus, vel si pater, & filius, vel duo fratres cum vna, pœniteat octo annis: & compaternitas nascitur quando vnus coniugum leuat, vel tenet in chrismate, vnde in sponsalibus non nascitur.

CAP. *Quod autem*. Non debent maritus, & vxor simul leuare puerum: GLOS. Est superfluum, quia si vxor vna leuat, maritus fit compater.

QVAESTIO V.

8 AN clandestina desponsatio manifeste præiudicet. Resp. sic. GLOS. Quoad ecclesiam. Vide Concilium Tridentinum.

CAP. *Aliter*. CAP. *Nullus*. CAP. *Nostrates*. CAP. *Quales*. CAP. *Sponsus*. CAP. *Nullum*. CAP. *Fœmina*. CAP. *Nec illud*. Declaratur quomodo fieri debeant matrimonia, & quid significet singulæ cæremoniæ, & damnantur clandestina, vt fornicationes.

CAP. *Si quis*. Qui iurat clandestine contraxisse, etiam sine dote, & scriptura, matrimonium tenet, non post Concilium Tridentinum.

CAP. *Nullum*. Ante veram, & iustam probationem nemo iudicandus, vel damnandus, & mala audita, & passim dicta non credenda.

CAP. *Iudicantem*. Iudex debet omnia rimari, & cum patientia omnia excutere; & frequẽter interrogare, ne quid sit prætermissum: mox sententiet.

Causa trigesimaprima. Agit de impedimento criminis, de vi, & de fide spiritualium: habet Quæstiones tres.

QVAESTIO PRIMA.

9 AN possit contrahi cum ea, quam polluit per adulterium. Resp. non, & fides data non tenet, sicut machinatio. GLOS. In tribus casibus adulter non potest ducere adulteram. Primo, si viuente marito dedit fidem: secundo, si alter cum affectu est machinatus in mortem mariti. *c. relatum. c. si quis viuente, ead.* 3. si contraxit cum ea de facto viuente marito. *c. cum habilitare, ead.* Item si promisit, & non cognouit, potest. *c. vlt. de eo, qui duxit in matr.*

CAP.

CAP. *Nullus*. CAP. *Denique*. CAP: *Illud*. Adulter non poteſt ducere adulteram. GLOS. In illis tribus caſibus ſupradictis.

CAP. *Relatum*. Fides & copula cum adultera dirimunt matrimonium. GLOS. Si dedit tantum fidem, debet cum ea remanere. *c. vlt. ead.* Item ſi eam duxit de facto, fortius dirimit.

CAP. *Si quis.* Adulter, ſi mortuo marito in proximo adulteram ducit, pœniteat: ſi vero quis illorum maritum occidit, vel ſi ſit propinquitas, vel alia actio criminalis impediat, careat ſpe coniugij perpetuo cum pœnitentia. GLOS. Niſi ſit iuuenis. Item ſi occidit caſu, vel alio fine, non dirimitur. *c. laudabile de coniug. infid.* Item machinatio ſine effectu non impedit, nec ſi ratam habet mortem viri, ſi non præcepit. *c. ſi qua mulier.* Adulteram machinantem poteſt vir relinquere, & aliam ducere.

CAP. *Si qua fuerit*. Adultera, ſi mortuo viro contraxit cum adultero, per quinquennium pœniteat, & mox ſit cum marito. GLOS. Pœnitentia eſt arbitraria.

CAP. *De his*. CAP. *Hac ratione*. CAP. *Quomodo*. CAP. *Aperiant*. CAP. *Deus*. CAP. *Quod ſi*. Pluries nubere non eſt laudabile, ſed non damnatur. GLOS. Nullo modo plures ſimul poteſt quis habere.

QVAESTIO II.

AN aliqua ſit cogenda nubere. Reſp. non, quia ſolent habere malos exitus, ſed ſi promiſit eſt monenda, & parum cogenda. 10

CAP. *Si verum*. CAP. *Tua*. CAP. *De neptis*. CAP. *Lotharius*. Parentes non debent inuitas filias, quas deſponſarunt, nuptui tradere, nec quælibet vis annullet matrimonium.

QVAESTIO III.

AN poſt ſponſalia parentum filij poſſint cum alia contrahere. Reſp. ſi poſt ſeptennium conſenſerint, ſed ſi contrahit tenet.

CAP. *Si quis*. Parentes, qui promiſerunt, & iurarunt, & non ſeruant, per triennium non communicent. Idem de filijs ſi conſenſerunt: ſed ſi filij non conſentiunt, parentes excuſantur. GLOS. Poſſunt tamen parentes ſponſalia iurata diſſoluere. Item non peccant parentes, ſi pro poſſe curant, vt pueri velint.

Cauſa trigeſimaſecunda. An quis poſſit ducere meretricem, an adulteram dimittere, vel ſterilem: habet Quæſtiones octo.

QVÆSTIO PRIMA.

AN meretrix licite ducatur in vxorem. fol. 50.

CAP. *Sicut*. (vſque ad cap. 11.) Probatur reus adulterij, & conſcius criminis, qui non dimittit, vel coit cum adultera, dum eſt adultera; ſecus ſi eſt emendata, & pœnituit. GLOS. Maritus non debet ante ſententiam 1

expel-

expellere adulteram à se, etiam si crimen eius sit notorium, nisi publice moraretur cum adultero, vel sit conuicta per sententiam, vel confessa in iudicio. Item vt dimittatur adulterium, potest probari per violentam suspicionem, sed hanc ipsa potest refutare per testes. Item cautio, vt vxor separata reddatur viro; si non est suspicio de viro, sufficit nuda promissio; si est suspectus, detur idonea, idest per fideiussores, vel pignora, vel iuramentum; si vero tanta sit sæuitia viri, vt cautio non sit sufficiens, non est reddenda, sed danda matronæ.

CAP. *Non enim*. CAP. *Nuptiæ*. CAP. *Integritas*. CAP. *Non est culpandus*. Matrimonium non consistit in copula carnali, sed in fide, & cura, &c. & laudatur virginitas supra nuptias, & ducere meretricem, vt eam conuertat, est laudabile.

QVAESTIO II.

2 AN sit vxor, quæ ducitur causa incontinentiæ. Resp. sic respectu secundi effectus, non respectu primi corporalis, quo fuit prima institutio.

CAP. *Pudor*. CAP. *Sicut*. CAP. *Quicquid*. CAP. *Connubia*. Coniugium ad vitandam incontinentiam est verum matrimonium, & immoderatus eius vsus est dignus venia, nec tunc datur Spiritus sanctus.

CAP. *Concubinæ*. CAP. *Solet*. Si contrahant, vt euitent fornicationem, sed in perpetuum, & non contra prolem, idest non ad impediendam generationem; si ad tempus, est adulterium. GLOS. Matrimonium non potest contrahi ad tempus. Quid si aliqui ignorantes ius alias contracturi contrahunt ad tempus. Resp. tenet matrimonium. Item conditio honesta, quæ non est de natura matrimonij, apposita non vitiat matrimonium, vt contraho tecum, si dederis mihi centum, tenet matrimonium cum ea, & sine ea. *c. de illis, de cond. apposit.* Item conditio honesta, quæ adheret naturæ matrimonij, vt si Christianus dicat iudææ, contraho tecum si volueris fieri Christiana, non tenet, nisi apponatur, idest compleatur. *c. non oportet 24. q. 1.* Item conditio inhonesta contra naturam matrimonij vitiat matrimonium, vt si dicat, contraho tecum per tres annos, non tenet; sic, si procuraueris sterilitatem, sic nec tenent sponsalia. Item conditio inhonesta, quæ non est contra naturam matrimonij, non vitiat, sed seruanda, & tenet. Item in contractibus conditio impossibilis vitiat contractum, in vltimis voluntatibus habetur pro non adiecta: & intellige impossibiles de iure, vel secundum naturam vitiant: sed si est impossibilis propter difficultatem præstandi, vt contraho si des domum auream, matrimonium tenet. *c. vlt. de cond. appos.*

3 CAP. *Aliquando*. CAP. *Quod vero*. CAP. *Moyses*. CAP. *Sicuti*. Qui ab initio procurant sterilitatem, non sunt coniuges, sed fornicarij, & procurans abortum inanimatum, non est homicida.

CAP. *Ancillam*. CAP. *Non omnis*. CAP. *Honorantur*. Culpanda est negligentia concubinarij, sed non desperandus. Item qui expellit concubinam, & aliam ducit, non est bigamus, & tenet matrimonium; & nemo est desperandus dum viuit, nam quod differtur non aufertur; ætate in maturiori perficitur, vt nuptæ paterno arbitrio, si mariti habebant concubinas, carent culpa. Item parentes debent filias etiam viduas dare nuptui, vt sponsa videatur quæsita à viro, & non ipsa quærat virum, vt semper præcedat verecundia. GLOS. Pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, & non est simonia, licet

cet sit sacramentum. sed ratio quare non in alijs. Resp. propter onera matrimonij. Obiectio: posset exigi ab ingrediente monasterium propter onera monasterij. *c. multi c. sunt 1. q. c. 16. q. 6. c. de lapsis*: Quia non datur gratia falsum. Item in sponsalibus si puella non contradicit, videtur consentire, nec potest contradicere, nisi pater indignum eligat.

CAP. *Mulier*. CAP. *Merito*. Si puella, idest infra 12. annum, in domo patris vouit cum iuramento, & pater sciens votum tacet, tenetur seruare votum: si statim sciens contradicit, non tenet, quia votum, & iuramentum sunt irrita: vnde in voto virginitatis, & in matrimonio voluntas patris requiritur. GLOS. Doli capax ante legitimam ætatem vouens, & iurans tenetur, sed pater potest irritare. An cum fuerit in ætate teneatur, est dubium: Puto quod non. Item paria potestas soluitur adueniente adulta ætate, quo ad matrimonium carnale, spirituale, & iuramentum. 4

CAP. *Hoc sanctum*. Virgines, & viduæ, si velint esse castæ, vel nubere, faciant suam voluntatem, & qui cogit excommunicetur. GLOS. Consensus patris non requiritur; vt teneat matrimonium in nubili filia.

QVÆSTIO III.

AN puella in nubendo debeat sequi arbitrium patris serui, vel aui liberi. Resp. aui, & hoc de honestate. 5

CAP. *Patrem*. Neptis in nubendo sequatur electionem aui liberi, & non patris serui, quia seruus non habet arbitrium liberi. GLOS. Aui paterni, quia nullus est in potestate aui materni. Item si seruus habet potestatem ducendi vxorem, potest & filiam tradere.

QVÆSTIO IV.

AN liceat coniugato amore posteritatis procreare filios ex ancilla. Resp. non. 6

CAP. *Iste Abraha*, (vsque ad CAP. *Liberi*.) Non licet ex ancillis, vel illicito coitu procreare filios, sunt enim adulterij: & excusatur Abraham, & Patriarchæ, qui ex ancillis habuerunt filios, quia tunc licebat habere plures vxores.

CAP. *Liberi*. Filij dicuntur liberi, qui nati sunt ex libero matrimonio: Item filij ex libero, & ancilla sunt serui semper: partus sequitur matrem, idest deteriorem partem; naturales sunt geniti ex libero, & libera solutis. GLOS. Filij sunt vel naturales tantum, vel naturales, & legitimi, vel legitimi tantum, vt adoptiui, vel spurij, & ex sacra virgine, vel consanguinea. Item sequitur debiliorem partem, nisi in Iudæis, & clericis.

QVAESTIO V.

AN quæ vim patitur, amittat pudicitiam. Resp. animi non, sed integritatis corporis sic: ex Diua Lucia. GLOS. Vim passa habebit præmium virginum duplicatum, sed non aureolam. Item eadem virtus in virgine est virginitas, in coniugata pudicitia, in continenti castitas. 7

CAP. *Tolerabilius*. (vsq. ad CAP. *Ille*.) Vi oppressa si mente, non consentit, non

non perdit pudicitiam : sed contra perditur corporis sanctitas, violata omni animi sanctitate.

CAP. *Illa autem*. Oppressæ non audeant se comparare virginibus incontaminatis, & doleant de amissa integritate corporis. Item Deus non potest restituere virginitatem. *c. si Paulus. hac quæst.*

CAP. *Non mœchaberis*. CAP. *Iuro*. Qui aliam præter vxorem cognoscit, mœchatur, & adulteratur. Item oppressa non potest dimitti.

CAP. *Horrendus*. CAP. *Si vxorem*. CAP. *Præcepit*. CAP. *Apud*. CAP. *Præceptum*. CAP. *Quicquid*. CAP. *Christiana*. Coniux coniugem, quam semel accepit, nulla ratione potest dimittere, nisi ob fornicationem, & licet sit par ratio in vtroque in accusando pro fornicatione, tamen vxor non solet accusare virum.

QVAESTIO VI.

8 AN adulter possit dimittere adulteram vxorem causa fornicationis? Resp. non. GLOS. Secundum ius in septem casibus maritus repellitur ab accusatione adulterij. Primo, si ipse est adulteratus; secundo, si vxor fuit vi oppressa; tertio, si credebat maritum mortuum; quarto, si alter sub specie mariti eam cognouit; quinto, si dedit vxori occasionem adulterandi; sexto, si maritus post adulterium eam tolerauit, & ipsa non commisit nouum adulterium; septimo, si est adulterata ante baptismum.

CAP. *Nihil*. CAP. *Si duxeri*. CAP. *Iniquum*. CAP. *Indignantur*. Fornicator non potest dimittere fornicatricem vxorem. Item grauius peccat, & puniendus est maritus adulter, quàm adultera, quia caput, & capite deorsum pendet domus, vbi melius viuit vxor marito. GLOS. Quomodo potest maritus accusans conuinci de adulterio, cũ accusatori, non possit par, vel minus crimen obijci. Resp. non directe, sed per modum exceptionis. Item obiectio: ex quo maritus propriam iniuriam prosequitur, non potest eum vxor repellere per exceptionem, quia *4. q. 6. c. omnibus*, in causa sua quilibet infamis admittitur. Resp. hoc est speciale in adulterio, & lenocinio.

QVAESTIO VII.

9 AN qui ob fornicationem vxorem dimisit, ea viuente possit aliam ducere. Resp. non.

CAP. *Interueniente*. CAP. *Licite*. CAP. *Apostolus*. CAP. *Fieri*. CAP. *Placuit*. CAP. *Dominus*. CAP. *Omnes*. CAP. *Fidelis*. CAP. *Si quis*. CAP. *Quemadmodum*. Per diuortium non soluitur matrimonium, nisi per mortem, sicut excommunicatus semper est baptizatus, & non potest aliam ducere, sed si velint reconcilientur, & si aliam ducit, puniatur. GLOS. Maritus resuscitatus non debet baptizari, vel ordinari: sed non potest petere dignitates, bona, vxorem de iure. Item maritus per sententiam separatus ab vxore, si postea adulteratur, an sit restituendus vxori agenti. Resp. non, nec potest agere, quia non est facta ei iniuria. Item an maritus possit dimitti propter opus sodomiticum: quid si vxorem polluit contra claustra pudoris, vel se, &c. Resp. non credo.

CAP. *Adulterij*. CAP. *Offerebat*. CAP. *Flagitia*. CAP. *Vsus*. CAP. *Non solum*.

solum. CAP. *Quid in*. Grauius peccat adulter, quàm fornicator. Item qui retenta sua, aliam ducit, quàm qui sua dimissa cum alia peccat. Item grauius vxoratus, quàm nō vxoratus, qui alterius coniugem cognoscit, vel vxoratus ad solutam. His omnibus grauius incestuosi, & his qui contra naturam, peius cum vxore, quàm cum meretrice. Item vsus naturalis in vxore, sed vltra modum est veniale.

CAP. *Vxor à viro*. CAP. *Quod proposuisti*. Dimissa vxore aliam potest ducere vir, non vxor. GLOS. Mortua vxore fornicaria, vel si est arcta ea viuente. 10

CAP. *Quidam*. CAP. *Si quis*. CAP. *Qui dormierit*. Qui peccat cum consanguinea vxoris, vel contra, non petat debitum, & adulter mortua vxore non nubat, vxor sic: & contra qui dormit cum sorore vxoris, non potest exigere debitum ab vxore. GLOS. Si vxor adulteri exigat debitum, est facta reconciliatio tacite.

CAP. *Hi vero*. Facta separatione causa adulterij, neuter potest contrahere viuente alio. Item mortuo viro adultera nunquā contrahat, sed pœniteat.

CAP. *Concubuisti*. Qui peccat cum sorore vxoris, neutram habeat, & nunquam contrahant, nec adulterata, sed perpetuo pœniteant.

CAP. *Si quis*. Qui cum nouerca, vel filiastra, vel sorore vxoris peccat, nunquam contrahat.

CAP. *Hi qui*. CAP. *Neque*. CAP. *Tantum*. CAP. *Vsque*. Matrimonia contracta nulla infirmitas, vel damnum corporis soluit, non amentia, furor, mutilatio, castratio, sterilitas. GLOS. Spadones, qui habent virgam directam, licet non seminent, possunt contrahere, & tenet.

QVAESTIO VIII.

AN liceat ducere infidelem cum conditione, vt conuertatur. Resp. non, & multo minus peccare. Item sponsalia tenerent.

CAP. *Non solum*. Non est peccandum, nec faciendum contra votum, v. g. castitatis, vt aliqua conuertatur ad fidem. GLOS. In voto semper intelligitur tacita conditio, nisi necessitas, vel præceptum superioris vrgeat.

Causa trigesimatertia. De impotentia coeundi, seu maleficiatis; de enormitate delicti; de tempore feriato: habet Quæstiones quinque.

QVÆSTIO PRIMA.

fol. 51.

AN propter impossibilitatem coeundi vxor sit separanda à viro. Resp. sic contrahendum, & non contractum; si perpetua, & probatur per triennium. 1

CAP. *Quod autem*. Si vxor per iustum iudicium probet impotentiam viri, accipiat alium, sed ille non potest accipere aliam. GLOS. Probatur per aspectum corporis.

CAP. *Requisisti*. Si vxor vult separari à frigido, & alteri coniugi probet per

per septimam manum propinquorum cum iuramento, transeat ad secundas, & viri non: & si vir accepit aliam copulam, testes sint periuri, & peracta pœnitentia redeant ad primum matrimonium. GLOS. Si frigiditas est naturalis, & perpetua; & si non erat virgo, requiruntur septem testes; vel si non sunt, saltem duo, immo creditur eis; si de hoc est fama. Item probatio non auditur contra iuris præsumptionem.

CAP. *Si quis*. Quando vxor dicit se non cognitam, & vir dicit se cognouisse, creditur viro, quia caput. GLOS. Nisi mulier contrarium probet, & in duobus mensibus.

CAP. *Si per sortiarias*. Coniuges maleficiati recurrant ad opera pia, & exorcismos; & si impedimentum est perpetuum, possunt accipere secundas, & sanati non tenentur ad primas. GLOS. Si maleficium est per triennium, quia nullum perpetuum secundum aliquos.

QVAESTIO II.

2 AN coniux, quia sua propria auctoritate separauit se, sit restituendus vxori. Resp. sic, nisi sit publice adultera, vel timetur viri sæuitia, vel recessit auctoritate vxoris.

CAP. *Seculares*. CAP. *An quod*. CAP. *Historia*. CAP. *Sane*. Ante sententiam probati adulterij vel dissidij non dimittatur vxor: & si dimissa, restituatur, saltem in loco tuto, vnde per testes possit se defendere: qui secus, excommunicetur. GLOS. Causa matrimonialis spectat ad Episcopum.

CAP. *Interfectores*. CAP. *Inter hæc*. CAP. *Quicunque*. CAP. *Si quod*. Qui interficit vxorem, pœniteat vt homicida, nec amplius contrahat, nisi ex indulgentia: si est iuuenis, & si non vult facere pœnitentiam, excommunicetur. similiter qui Episcopum, vel presbyterum interficit, vel sit in monasterio, exemplo Hastulfi. GLOS. Indulgentia non est lex, vt quis petat. Item dos adulteræ interfectæ transit ad filios, & adultera perdit dotem.

CAP. *Placuit*. CAP. *Hoc ipsum*. Adultera, siue sit coniux clerici, siue sæcularis, non interficiatur, sed ieiunet, & pœniteat per septennium, nisi peccatum sit grauius. Item quando in conciliis est dispar sententia, est tenenda illa, quæ est antiquior vel potioris auctoritatis. GLOS. Pœnitentiæ sunt arbitrariæ, & minor amplectenda.

CAP. *De his*. CAP. *Audiuimus*. CAP. *In adolescentia*. Post pœnitentiam solemnem non prohibentur connubia iam contracta, nec contrahenda in iuuenibus.

CAP. *Latorem*. CAP. *Si quis*. CAP. *Si quis cum matre*. CAP. *Quos Deus*. CAP. *Antiqui*. Idem quod supra, & addit alias pœnas excommunicationis ei qui peccat cum matre, vel filia spirituali.

QVÆSTIO III.

AN peccatum possit deleri sola cordis contritione, & secreta satisfactione sine confessione oris. Gratianus extra suum morem sub hac Quæstione tertia instituit longum tractatum de Pœnitentia; Qui continet septem Distinctiones, de quibus sigillatim agendum.

De

De Pœnitentia Distinctiones septem, seu Quæstiones.

Distinctio Prima.

AN sola cordis contritione, & secreta satisfactione sine oris confessione possit quis Deo satisfacere. 3

CAP. *Petrus*. (vsque ad Cap. 5.) Sola contritio sine satisfactione externa delet peccatum. CAP. *Si quis*. (vsque ad Cap. 14.) Leges puniunt etiam animum delinquentis.

CAP. *Aut facta*. Varia crimina puniuntur à iure ciuili, sed diuersimode considerata plus, vel minus puniuntur, idest pro causa, persona, loco, tempore qualitate, quantitate, euentu.

CAP. *Cogitatio*. Lex ciuilis non punit cogitationes. Item in maleficijs punitur voluntas, in alijs requiritur effectus, vel animus. GLOS. Idest perseuerentia, vt in matrimonio.

CAP. *Diuortium*. CAP. *Si quis*. Vt sit diuortium, debet esse animus perpetuæ separationis: vnde factum, vel dictum calore iracundiæ, non est ratum, nisi &c. quare ex calore iracundiæ misso repudio, si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur. GLOS. Nec punienda: quandoque subito facta tenent.

CAP. *Perniciose*. CAP. *Homicidium*. CAP. *Omnis*. CAP. *Nunquid*. CAP *Noli*. CAP. *Homicidium*. CAP. *Si propterea*. CAP. *Si cui*. CAP. *Porrò*. CAP. *Facilius*. In malis punitur consilium, & qui consulit homicidium est homicida: sic qui tradit, sic qui odit, vel detrahit, vel voluntate, vel malum persuadens fratri: sic velle furari est furtum, velle fornicari, est fornicatio, & debent de his dolere, & pœnitere, vt Deum placent, ne pereant.

CAP. *Scindite*. CAP. *Conuertimini*. CAP. *Resuscitatus*. CAP. *Qui natus*. 4
CAP. *Omnis*. Cum contritione cordis remittuntur peccata.

CAP. *Non potest* (vsque ad cap. 58.) Peccatum non remittitur, si vltra cordis contritionem non confiteatur ore sacramentaliter, & opere satisfaciant, si potest, & habeat tempus, & loquitur de confessione cum pœnitentia, qua præterita plangit, & plangenda non committit: & pœnitentibus præstò est Deus vt subueniat, & his, qui in tempore necessitatis, vel instantis periculi pœnitentiam petunt, & reconciliationem; non est deneganda reconciliatio, nec interdicenda satisfactio: & qui amissa loquela per indicia integri sensus comprobentur quærere pœnitentiam, non est illis deneganda actio pœnitentiæ, nec gratia communionis: & si morbo aggrauati in præsentia sacerdotis significare non possunt, quod paulo ante poscebant, prodeunt eis testimonia circumstantium, vt simul consequantur beneficium pœnitentiæ, & reconciliationis. Item Deus omnia peccata pœnitẽti dimittit, & nullũ excipit.

CAP. *Si sacerdos*. CAP. *Voluissent*. Omne peccatum per pœnitentiam est remissibile. Item peccatum in Spiritum Sanctum non, quia est cum impœnitentia finali, & sic perpetuo punitur. 5

CAP. *Sufficit* (quod est 61. vsque ad CAP. *Quis aliquando*, quod est 87.) Agitur de necessitate, & modo, seu qualitate faciendi pœnitentiam: & Deus mutat sententiam, idest comminationis, si te nouerit mutare delictum.

CAP. *Quem pœnitet*. Peccata sunt confitenda ore de præsentia, & non per

per nuntium, vel scriptum, quia erubescentia habet partem remissionis: Item pœnitens quærat sacerdotem scientem ligare, & soluere, ne ambo in foueam cadant. Item si non habet sacerdotem, confiteatur socio, licet non possit absoluere. Item secreta peccata secretè, publica publice.

CAP. *Quamuis*. Confessio fiat secrete, idest Deo, & soli sacerdi, & remoueatur consuetudo publice confitendi, ne arceantur à confessione.

CAP. *Quidam*. Licet confiteri Deo sit vtile, tamen non soli Deo, sed etiam sacerdoti tenemur confiteri ex institutione Apostolica.

Distinctio secunda.

6 AN charitas semel habita possit amitti, vel non, & an pœnitentia sit reiteranda.

CAP. *Si quis* (vsque ad cap. 15.) Sine charitate adulto non remittitur peccatum, & qui est in charitate non peccat, & si peccat, non erat in vera charitate, & pœnitentia, idest perfecta: vbi multa de laudibus charitatis, & eius qualitatibus, & signis, & quomodo intelligitur, Spiritus Sanctus electos deserit, vel non. GLOS. Qui est in charitate non peccat, idest dum est in caritate.

CAP. *Cum sanctam* (vsque ad cap. 40. In ipsa virtute, v.g. charitatis sunt gradus, quibus paulatim homo perficitur, & nemo repente fit summus: sunt enim gradus in vitijs, & sic nemo repente fit pessimus: & vtrunque exemplificatur variè: & Adam ante peccatum habebat charitatem, & multi alij habuerunt charitatem, & peccauerunt: ergo possunt peccare. Item omnes fuimus peccatores, quia nemo mundus à sorde, sed Christus nos lauat.

7 CAP. *Apostolus* (vsque ad finem) Non solum prædestinati amittunt charitatem per peccatum, quam mox recuperant, sed reprobi amittunt charitatem, quam non recuperant: vbi agitur de libero arbitrio, & vnde est quod multi bene incipiunt, & male finiunt, &c. & Angeli ante lapsum fuerunt in charitate.

Distinctio tertia.

AN pœnitentia sit reiteranda. GLOS. Solemnis de eodem peccato non, priuata sic.

8 CAP. *Pœnitentia* (vsque ad cap. 27.) Veri pœnitentes, dum pœnitent non peccant; & sic hæc pœnitentia dicitur non reiteranda: sed si postea peccant, iterum possunt pœnitere. & varie declaratur quid sit pœnitere, vbi multa de vera pœnitentia, exemplo Dauid.

9 CAP. *Achab* (vsque ad cap. 39.) Boni, & sancti quandoque cadunt, & resurgunt, & quocunque momento peccator agat pœnitentiam, Deus ignoscit, & non semel tantum, sed multoties, idest quoties peccauit, & pœnitet vere, & non ficte: & declaratur quæ sit vera pœnitentia, vel falsa.

CAP. *Pluit Dominus* (vsque ad cap. 45.) Habenti plura peccata non remittitur vnum non remisso alio, quia non potest esse simul cum charitate.

CAP. *Pium est*. CAP. *Si quando*. Fides nostra postulat credere, Deum remunerare bona peccatorum deletis peccatis. GLOS. Vel temporali bono, vel minori pœna, vel de factis ante peccatum, idest mortificatis.

10 CAP. *Canendum*. CAP. *Quid ergo*. CAP. *Si quis*. Nullum bonum non

non remuneratum, & nullum malum impunitum, cauendum ne hic præmiemur.

Distinctio quarta.

AN peccata dimissa redeant, sunt variæ opiniones. Resp. non, licet mox peccans damnetur. fol. 52. 1

CAP. *Si Iudas* (vsque ad cap. 8.) Peccata dimissa redeũt cum alijs peccatis.

CAP. *Si ex bono* (vsque ad cap. 11.) Agitur de prædestinatione, & cur Deus non dat perseuerantiam omnibus, sed hunc bonum rapit, ne malitia mutet cor eius, & hunc bonum permittit fieri malum, & mori, ac damnari, nescitur: sed ô *Altitudo, &c.* CAP. *Hanc societatem*. Præsciti, idest damnandi possunt prius habere iustitiam.

CAP. *Quid est*. CAP. *Quid recedit*. Peccata dimissa non redeunt, licet ob ingratitudinem grauius puniantur, contra Gratianum.

CAP. *Si auerterit*. (vsque ad cap. 19.) Iustus si peccat, perdit iustitias suas, idest opera bona.

CAP. *Vch eis* (vsque ad finem) Deus punit, idest damnat homines pro peccatis propris, & non parentum.

Distinctio quinta.

QVæ sunt consideranda circa pœnitentiam imponendam, vel facienda, idest quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. 2

CAP. *Consideret* (vsque ad finem) Declaratur qualis debet esse confessio, & à quibus pœnitens abstineat, & quæ cogitet, quid significet, Factus est omnium reus, & respexit Deus prius ad Abel, mox ad munera. Item non licet pœnitenti reuerti ad negotia sæcularia, quæ vix sine peccato agi non possunt, vt ad mercaturam, militiam curialem, aut ad quoduis peccatum, esset enim pœnitentia falsa; & qui reuertitur ad militiam, vel sæcularia, pœniteat per decennium, & sit excommunicatus.

Distinctio sexta.

CVi debet fieri confessio, & qualis debet esse confessor. Resp. fiat proprio, & sit discretus. 3

CAP. *Qui vult*. Pœnitens quærat sacerdotem scientem soluere, & ligare. Item si non habet sacerdotem ex deuotione confiteatur laico, erit enim accepta humilitas. Item pœnitens non sit diuisus ab vnitate ecclesiæ, & confessor sit sine crimine, & sciat cognoscere quod iudicat cum circumstantijs, sit beneuolus erga pœnitentem eum consolando, admonendo.

CAP. *Sacerdos*. Confessor reuelans aliquod peccatum pœnitentis deponatur, & ignominiosus peregrinetur toto tempore suæ vitæ.

CAP. *Placuit*. Nemo sacerdos absoluat Parochianum alterius sine licentia proprij Parochi, nisi proprius Parochus fuerit sine scientia sufficienti, ne cœcus cœcum ducat: qui secus fecerit, deponatur. GLOS. Hinc habetur quod parochianus propter imperitiam sui ordinarij sine licentia eiusdem ordinarij potest non suo confiteri, & credendum est simplici dicto pœnitentis. Item confessio facta non suo non tenet.

Distinctio septima.

4 AN pœnitentia finalis, idest timore mortis accepta, sit vtilis. Resp. sic, in quacunque hora.

CAP. *Nemo.* Circa pœnitentiam nemo desperandus, dum est in corpore.
CAP. *Si quis.* Pœnitentia in fine non negatur, sed securitas non datur.

CAP. *Qui egerit.* CAP. *Si quis.* CAP. *Idcirco.* CAP. *Nullus.* Pœnitentia si in extremo vitæ aduenerit, sanat, & saluabitur, quia semper est tempus pœnitentiæ: tamen in extremo pœnitere non est tutum, quia vix, vel raro est iusta conuersio, & est horatio ad pœnitentiam in vita.

Finis de pœnitentia, de qua in Quæst. 3.

QVÆSTIO IV.

5 AN tempore orationis, vt Quadragesimæ, & ieiunij, liceat reddere debitum vxori. Resp. sic: An exigere.

CAP. *Sciatis.* (vsque ad cap. 8.) Qui coit cum vxore ad expellendam libidinem, vel sensualitatem, non potest vacare orationi, nec debet communicare: quare hortandi, vt abstineant in festiuitatibus maioribus, & in die processionis, & ieiunij, quia ex libidine semper est aliqua culpa.
GLOS. Exactus semper tenetur reddere. Item quod aliquando non petatur, est de consilio.

CAP. *Non oportet.* In quadragesima non oportet celebrare nuptias, vel natalitia. GLOS. Idest nuptialia conuiuia, vel pro natali hominum conuiuia, idest non traducatur.

CAP. *Non licet.* In Quadragesima, nec natalia, vel nuptias licet celebrare, nec natalitia martyrum. GLOS. Nunc non habet locum, vel non cum conuiuijs.

CAP. *Non oportet.* CAP. *Nec vxorem.* A septuagesima vsque ad Octauam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festum sancti Io. Baptistæ, & ab Aduentu vsque post Epiphaniam, non oportet celebrare nuptias, & si celebrent, separentur. GLOS. Tres hebdomadæ cum interuallo, non immediate ante. Item separentur ad tempus in pœnam.

CAP. *Apostolus.* Coniugati non possunt se fraudare debito etiam ad tempus, vt vacent orationi, nisi de communi consensu. GLOS. Pro oratione priuata.

CAP. *Pœnitentiam.* Coniugatis non est imponenda pœnitentia, nisi de consensu. Idest publica pœnitentia cum præiudicio coniugis.

QVAESTIO V.

6 AN vir sine consensu vxoris possit vouere continentiam. Resp. non: & quid si minis consensum extorqueat?

CAP. *Si dicat.* CAP. *Notificasti.* CAP. *Mulier.* CAP. *Quod Deo.* CAP. *Secundum.* CAP. *Vna.* CAP. *Tunc saluabitur.* CAP. *Hoc solum.*
CAP.

CAP. *Qui sitit*. Vir non potest continere sine consensu vxoris, idest exactus non reddere, potest tamen non exigere; nec consensus vxoris extortus minis valet, vt non reddas. Item similiter sine licentia viri, non sumat velum monasticum: vir si vult, recipiat eam iterum. Item si vterque consentit, vterque tenetur seruare continentiam, & si vnus labitur, alter perseueret. Vir continens si exactus reddit vxori, dicitur adhuc continens coram Deo. Item sola virginitas sine alijs operibus non saluat, nec alia opera sine continentia. Item libere oblata Deo virginitas est grata, ideo non expedit nubere.

CAP. *Qui vxorem*. Qui permisit suam vxorem velari, ipse intret monasterium, idest conuertatur, nec aliam ducat. GLOS. Si est senex, contineat in seculo. *c. cum his, de conuer. coniug.* Item maritus permittens vxorem velari, secundum aliquos est compellendus intrare Religionem; secundum alios, nisi expresse voueat, non tenetur, & potest vxorem reuocare; secundum alios, si mulier sciebat ius, dans viro licentiam intelligitur vouere, secus non.

CAP. *Manifestum*. Vir est superior vxore. Quare si vxor vouet abstinentiam, potest sine peccato irritare votum vxoris: si prius vir consensit, vir annullans peccat, vxor obediens non peccat. GLOS. Vir potest vouere abstinentiam sine consensu vxoris, nec vxor potest illud reuocare, & in hoc voto non sunt pares, sicut sunt pares in voto continentiæ. Item neuter potest reuocare votum alterius, quod non est in suo præiudicio, vel si alteri non oriatur scandalum, & tenetur altero inuito seruare votum. GRAT. Si de communi consensu vouerunt continentiam, non potest alter alteri relaxare votum, quia in hoc est par ius. 7

CAP. *Est ordo*. CAP. *Hæc imago*. CAP. *Satis hinc*. CAP. *Cum caput*. CAP. *Noluit*. CAP. *Mulierum*. CAP. *Adam*. CAP. *Mulier*. CAP. *Nec illud*. Naturaliter fœmina est inferior, & debet inseruire homini, & filius parenti, quia fœmina non est imago Dei, ideo se velat, & est quasi famula. Item si innupta consensu patris vouit, & mox nupta vir eius non vult eam votum explere, non expleat, non enim peccat, quia hoc præcepit Deus. Item mulier non potest docere, nec testificari, nec fidem dare, nec iudicare, nec imperare, tandem non facere officia virilia. Item mulier debet velare suum caput, & sit coram Episcopo, tanquam coram iudice, nec loquatur in ecclesia.

Causa trigesimaquarta. De impedimento ligaminis: habet Quæstiones duas.

QVAESTIO I. & II.

AN mulier primo viuente putans eum mortuum in captiuitate, si alteri nubit, sit adultera. Secundo, an redeunte primo marito sit cogenda relicto primo reuerti ad secundum. 8

CAP. *Cum per bellicam*. CAP. *Cum in captiuitate*. CAP. *Non satis*. Mulier putans probabiliter suum maritũ mortuum, si secundo copulatur, non est rea adulterij: si primus viuus reuertatur, debet relicto secũdo accedere ad primum, & si noluerit est compellenda, & punienda, idest excommunicatione. GLOS. Si mulier dubitat de morte primi, & contrahit cum secundo, potest reddere, & non petere debitum, & primus maritus potest eam accusare de

adulterio. Item si credit primum esse viuum, & reuera est mortuus, & contrahit cum secundo, matrimonium tenet, sed ipsa est in reatu adulterij, licet non committat adulterium, vt aliquis tenetur actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat. Item qui ignorantes consanguinitatem contraxerunt, deinde cognito impedimento separantur, filij nati sunt legitimi quoad successionem: si vero vnus erat ignorans, alter sciens consanguinitatem, filij sunt etiam legitimi contra aliquos: sed si scientes, vel affectant ignorantiam, idest quia sine trina denuntiatione in facie ecclesiæ, filij non erunt legitimi. Item quo modo probandum quod illa sit vxor primi, vide, &c.

9 CAP. *Si quis necessitate.* Si vir compulsus necessitate aliqua discedit in aliam Prouinciam, & vxor non vult eum sequi, maneat innupta, dum vir viuit. GLOS. Mulier tenetur sequi virum recedentem ex honesta causa, non vagabundum, nisi duxerit histrionem.

CAP. *Si virgo.* Si virgo nesciens nupsit alieno, quandiu nescit, non est adultera, sed cessante bona fide, est adultera, si perseuerat; similiter qui alienum agrum possidet bona fide, ea cessante fit iniustus. GLOS. Si sciat post completam præscriptionem, non tenetur restituere, quia est suus, nec dicitur possidere, sed possedisse alienum. Item quid si inter præscribendum, cessat bona fides, quomodo agat. vide ibi.

10 CAP. *In lectum.* CAP. *Ego dixi.* Qui ignoranter cognoscit sororem vxoris, iuret ignorantiam, & sit cum sua vxore facta aliqua pœnitentia, sed soror non nubat amplius, si sciens connubuerit. GLOS. Coniugata si ignoranter cognoscitur, non est adultera. Item maritus cognoscens coniugem adulteram perseuerantem peccat, & est particeps, si pœnitentem non.

CAP. *Si quis.* CAP. *Si quis commatre.* CAP. *Quidam.* Peccans cum duabus sororibus, vel fratribus, vel matre, & filia, si scientes, nunquam nubant, si ignorantes sic.

Causa trigesimaquinta. De cognatione, & affinitate: habet Quæstiones decem.

fol. 53.

QVAESTIO PRIMA.

1 AN liceat alicui ducere suam consanguineam. Resp. non vsque ad quartum gradum in transuersali, in descendentibus vsque in infinitum.

CAP. *Cum igitur.* In principio mundi propter necessitatem ne seducerentur ab adololatris, nunc cessante necessitate, non licet contrahere cum consanguineis.

QVAESTIO II. & III.

AN quis possit ducere consanguineam vxoris, & vsque ad quem gradum gradum prohibeatur lege. *c. non debet, de consang.*

CAP. *De affinitate.* (vsque ad vltimum caput.) Non licet ducere consanguineam, vel affinem vsque ad sextum gradum, vel septimum, computando patrem pro vno gradu: & qui consanguineas ducunt, sunt maledicti, & infames, nec possunt dum viuunt habere vxores, nisi ignoranter contraxerint, & ex-

& excommunicantur. Item c. 11. pollutio quæcumque sit, si non fiat intra vas naturale, non inducit affinitatem, & potest consanguineus viri illam accipere. Item si reperiantur in iv. & v. permittuntur. Item laicus habens simul vxorem, & concubinam excommunicetur. Item nemo nubat sine benedictione sacerdotis. Item assignantur multa genera affinitatum, quæ non sunt in vsu, & duæ vxores consobrinarum non poterant tertio nubere successiue.

QVÆSTIO IV.

QVare prohibetur consanguinitas vsque ad sextum gradum, vel septimum. 2

CAP. *Consanguinitas*. Quia tot ætatibus finitur mundus, sic consanguinitas.

QVAESTIO V.

GRadus consanguinitatis quomodo sint computandi. Resp. non cum lege ciuili, vt singulæ personæ faciunt gradus, sed bene. 3

CAP. *Series*. CAP. *Ad sedem*. CAP. *Porrò*. CAP. *Parentela*. Quia lex ciuilis numerat gradus pro hæreditate transferenda à persona ad vnam personam; ideo singulis personis assignat singulos gradus, vt fratres sint in secunda, filij eorum in quarta. Ecclesia, quia numerat in ordine ad matrimonium, quod non potest esse, nisi inter duos, ideo duobus dat vnum gradum, vt fratres in primo, filij in secundo, nepotes in tertio, &c. & sic generata persona semper gradum adijcit, idem in affinitate.

CAP. *Quod autem*. CAP. *Primo gradu*. In singulis gradibus ponuntur personæ, & nomina, quibus vocari debent. vide.

Ponitur arbor consanguinitatis, & affinitatis, secundum ius canonicum.

In linea recta quot sunt personæ numeratis extremis, &. dempta vna, tot sunt gradus, vt si sint quinque personæ, sunt quatuor gradus: idem in ciuili.

In linea collaterali æquali quoto gradu distat quis à stipite, toto ab eodem in linea inæquali; quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se: sed in iure ciuili quot sunt personæ, tot sunt gradus, quibus distat.

Eodem modo procedendum in affinitate, quæ ex matrimonio non excedit quartum gradum, vt consanguinitas ex copula illicita, quoad dirimendum matrimonium.

QVÆSTIO VI.

AN omnes possint accusare matrimonium consanguineorum ad dirimendum. Resp. non, nisi consanguinei. GLOS. Alij possunt denuntiare. 4

CAP. *Consanguineos*. CAP. *Videtur*. Consanguinitatem coniugatorum non extranei, sed consanguinei accusent, & computent gradus: & si non reperiuntur consanguinei, Episcopus ab extraneis veracioribus perquirat: & si reperitur propinquitas, separentur. GLOS. Quando agitur de consangui-

nitate, consanguinei præferuntur extraneis in testificando, in alijs non. Item solus consanguineus potest accusare, sed quilibet potest denuntiare. *c. tua, de consang. sp.* & per denuntiationem in hoc casu agitur ad separationem. Item causa matrimonialis, licet in ea agatur de crimine, non est criminalis, sed mixta. *c. tuende, de procur.* Item propinqui præferuntur etiam in accusatione de adulterio.

CAP. *Notificamus*. Quando duo, vel tres propinqui, vel non propinqui, sed antiquiores, veraces, & bonæ famæ sine passione testantur, & iurant affinitatem, separentur: si nolunt iurare, non separentur, sed facta aliqua pœnitentia remaneant. GLOS. Infames contra infamem in dissoluendo matrimonio admitti non debent, sicut nec serui contra seruum, licet sint parentes.

5 CAP. *Si duo*. Facto matrimonio, si est fama contra eos esse consanguineos, si probatur per testes, vel per confessionem eorum, separentur: si neutrum, relinquantur, & Episcopus eos admoneat, si in conscientia sunt consanguinei, esse in peccato mortali, & infames, &c. Item separati iuuenes aliam ducant. GLOS. Fama publica eos esse consanguineos habetur pro vno teste, & si vnus coniux fatetur, separentur. Item sine fama eorum confessio non sufficeret. Item præsumptio violenta cum fama sufficit. Item infamia canonica per pœnitentiam deletur.

CAP. *De parentela*. CAP. *Illud*. Quando quæritur de parentela coniugum, testis in manu Episcopi, vel Deputati sine respectu humano iuret quicquid scit, vel audiuit, sic Deus me adiuuet, & istæ Sanctorum reliquiæ. GLOS. Hic admittitur testimonium de auditu de parentela, quia difficile est probare parentelam per scientiam, licet hoc sit correctum. *c. licet, de testibus*; sed non probatur esse matrimonium per auditum, licet probetur parentela. Item accusator debet iurare de dicenda veritate, non de calumnia. Item per hoc iuramentum non fit separatio, nisi de nouo iuret, vt in cap. sequenti.

6 CAP. *Episcopus*. Episcopus in qualibet parochia statuat vij. vel plures maturiores, & veraciores, & iurent, vt supra, quod dicent Episcopo, quæ sciunt corrigenda, &c.

CAP. *De parentela*. Quando agitur de consanguinitate, testes si discordant, standum dignioribus, & iurent, quod non ex passione, sed quia ita credunt, & ita audiuerunt à suis maioribus, & in his non debet inueniri aliqua contrarietas, vel veritas. GLOS. Testes contra matrimonium tenentur probare consanguinitatem ex vtroque latere, & singulos gradus clare distinguere, & proprijs nominibus personas nominare, vel sufficienter circumloqui, & vidisse quod personæ in vno prædictorum graduum constitutæ se pro consanguineis habuerunt. Item sufficit, si incipiunt probare duos fratres, licet non sciant de patre. Item, an si duo, qui probant Petrum esse filium Ioannis, & nihil sciant de Berta, & alij duo probant Bertam esse filiam Ioannis, nihil sciunt de Petro, sit satis probatum ad dirimendum matrimonium? videtur non, quia neutri probant consanguinitatem: videtur sic, quia qui probant hunc filium eius, probant hunc patrem eius.

CAP. *Ab isto die*. Coniuges quando separantur per sententiam, iurent, quod non cohabitabunt. CAP. *Ab isto die*. Quando separati reconciliantur, iurent quod bene tractabunt.

CAP. *Multorum*. Prætextu consanguinitatis, nullus potest dimittere vxo-

rem,

rem, vel aliam accipere, nisi post sententiam Ecclesiæ. Item vnius testimonio nullo modo coniugium soluatur.

QVAESTIO VII.

AN qui de incestuosis nascuntur, filij reputentur, idest legitimi. Resp. si sciebant non; secus sic, &c. 7

CAP. *Quod est*. Filij nati ex incestu non sunt legitimi, & sic parentes dicuntur sine filijs. GLOS. Si nesciebant sunt legitimi, si vnus nesciebat sunt legitimi...

QVAESTIO VIII.

AN cum eo, qui ignoranter contraxit cum consanguinea, vel affine, sit dispensandum.

CAP. *De gradibus*. CAP. *Hæc salubriter*. Coniuncti intra gradus prohibitos separentur, sed Papa solet dispensare, præsertim si per longum tempus manserunt, & habent filios. GLOS. Dispensatio circa matrimonia fit ob tria, idest tempus, proles, & ob pacem. Item post spatium longum non admittitur accusator, nisi accusatus sponte admittat. *cap. per tuas: Qui accus.* Item hodie longitudo temporis non excusat. *c. non debet, de consang. & affin.* Item pendente causa super matrimonio, non est denegandum debitum.

CAP. *Incestuosi*. Incestuosi excommunicentur, &c. & si moritur in incestu viuens, sit sine spe coniugij.

QVÆSTIO IX.

SEparati per sententiam Ecclesiæ si alias ducant, & mox cognoscitur error sententiæ, an redeant ad prima coniugia. GLOS. Sententia lata pro, vel contra matrimonium, potest retractari, quia nullo modo transit in rem iudicatam, licet non ita facile, quando secundum matrimonium est factum. An sententia matrimonij retractetur per in integrum restitutionem. *c. ex literis*, vel ipso iure, quia non transit in rem, placet. Item sententia retractatur varijs modis. (vide ibi.) 8

CAP. *Omnibus*. CAP. *Loci*. Rationabiliter ordinata, & decisa non mutentur. GRAT. Sed licet corrigere errorem sententiæ. Item sententia potest moderari, licet non tolli.

CAP. *Quod quis*. (vsque ad finem.) Qui non vult puniri, corrigat illicita, vel errata sua, vel prædecessorum, & Sedes Apostolica aliquando mutat sententiam, & suam, & aliorum, sed in melius, & sic depositi restituuntur.

QVÆSTIO X.

AN filij secundi matrimonij sint affines cum parentibus primi mariti? Resp. erant, sed non sunt. 9

CAP. *Fraternitas*. (vsque ad finem.) Affinitas non cessat per mortem mariti, nec filij secundi possunt accipere parentes primi. Hodie cessauit.

Causa trigesimasexta. De raptu: habet Quaestiones duas.

QVAESTIO PRIMA.

AN qui allicit puellam conuiuio, & mox eam opprimit, committat raptum. Resp. sic.

CAP. *Raptus*. Qui corrumpit puellam est raptor, quia raptus dicitur à corrumpendo. CAP. *Lex illa*. Non facit raptum, qui vtitur sponsa sua.

CAP. *De raptoribus*. Si rapta, & raptor ad ecclesiam fugiant, si puella non consentit, ei seruiat raptor, vel morte puniatur: si consensit, seruiat parentibus, & dotet. GRAT. Aliquando vis infertur parentibus, & non puellae consentienti, aliquando contra, aliquando vtrique, & semper est raptus. Item raptus, vel fit de re, vel de vsu, v.g. virginis.

QVAESTIO II.

AN raptor possit contrahere cum rapta. Resp. sic, purgato vitio rapinae. CAP. *Eos*. (vsque ad finem.) Raptor, & consentientes sunt excommunicandi, & excommunicati, & in iure ciuili non solum raptor, sed tentans est sub poena capitis, sed peracta poenitentia possunt matrimonio coniungi de voluntate parentum. GLOS. Conatus solus aliquando punitur.

De Consecratione: habet Distinctiones quinque.

Agitur de consecratione Ecclesiae, Eucharistiae, Baptismo, Festis, Confirmatione, efficiente Spiritu sancto.

Distinctio Prima.

fol. 54.

1 CAP. *Consecrationem*. Consecratio ecclesiae, & celebratio Missae non debent fieri, nisi in locis Deo sacratis, absque magna necessitate.

CAP. *Tabernaculum*. Exemplo veteris testamenti christiani multo magis debent Domino templa aedificare, ornare, sacrare vnctionibus necessaria ad cultum, & nõ in alijs locis Missas celebrare, nisi in loco sacrato ab Episcopo, & non à chorepiscopo: & si summa necessitas vrgeret, sacrificent non in domibus, sed in tabernaculis dicatis Domino à Pontifice, & in mensis vnctione delibutis, & à sacerdotibus: nam si non ordinati, non possunt exorcizare, multos minus facere officia maiorum ordinum. Item in domibus non possunt offerri oblationes. GLOS. Necessitas consecrandi extra ecclesiam est, quando quis non habet ecclesiam, vt in exercitu: si tamen sit lapis consecratus, quia sine eo non potest, licet possint dici officia diuina.

2 CAP. *Omnes*. Ecclesia debet consecrari cum Missa. Item vbi sunt plures ecclesiae, quàm sit necesse, vel maiores, quam restaurari possint, Episcopus prouideat quomodo possint restaurari. GLOS. Missa secundum aliquos est de substantia consecrationis, secundum alios non; vnde si quis consecrat,

secrat, & alius dicit Missam, an sit consecrata, est dubium.

CAP. *De locorum*. CAP. *Precepta*. CAP. *Basilicas*. CAP. *Certum*. CAP. *Ecclesia*. Noua ecclesia non debet dedicari, nec institui sine auctoritate Sedis Apostolicæ. GLOS. Hodie non tenet. Item vbicumque sepelitur homo voluntate Domini, locus fit religiosus secundum leges, non secundum canones, secundum Innocentium.

CAP. *Nemo*. Nullus ecclesiam ædificet sine licentia Episcopi, qui veniens crucem figat, atrium designet, & præfiniat. Item ædificans dotet pro luminaribus, custodia, stipendijs custodum, & ostensa donatione ædificet. Item postquam ecclesia fuerit consecrata, aqua sancta atrium ecclesiæ conspergat. GLOS. Episcopus veniat ad hæc, vel per se, vel per alium. Item saltem sint duo clerici, idest rector, & minister alendi. Item si Episcopus consecrat, vel fundat ecclesiam sine dote, fundator tenetur dotare, vel eius hæres, & in defectu, idest si non possint, tenetur Episcopus.

CAP. *Si quis*. Episcopus non permittat fundari ecclesiam pro quæstu, nec fundatam consecret. Ecclesia debet erigi pro Sanctorum patrocinio. 3
GLOS. Dotans ecclesiam sine aliquo pacto, ipso iure est patronus. Item patronus dans prædium, potest pacisci de accipiendo annuo censu de licentia Episcopi, sed in dote non. Item patronus non debet exigere xenia, vel huiusmodi ab Ecclesia.

CAP. *Sicut*. CAP. *Missarum*. CAP. *Ecclesias*. CAP. *Hic ergo*. CAP. *Nullus*. Non licet Missas cantare, & sacrificia offerre, nisi in locis Deo sacratis, idest in tabernaculis diuinis precibus delibutis, nisi summa cogat necessitas, nec celebrentur oblationes in domibus, vel nisi vbi Episcopus iusserit. GLOS In necessitate est celebrandum sub aere, & tentorio, non in domo, nisi in eo sit oratorium cum altare portatili.

CAP. *Solemnitates*. CAP. *Solemnitates*. Dedicatio ecclesiæ singulis annis celebretur per octo dies. Item si dubitatur de consecratione ecclesiæ, 4
nec certo costat, consecretur, quia non est reiterare, quod nescitur esse factum. GLOS. Consecratio potest probari per libros ecclesiæ, & per lapides, & vnus testis de auditu sufficit. Item in dubio Episcopus dicat, Si non es consecrata, te consecro.

CAP. *Ecclesia*. Si dubium est, an ecclesia, vel altare sit consecratum, consecretur. Item superflua altaria destruantur. Idem infra per 7. cap. GLOS. Ecclesia exsacrata hodie non consecratur, sed reconciliatur ab Episcopo cum aqua ab Episcopo tantum, & non ab alio benedicta, nisi caderet, vel arderet. Item in sex casibus ecclesia esset consecranda. Primo, quando dubitatur de consecratione: secundo, quando motum est altare maius: tertio, propter homicidium: quarto, si est exusta: quinto, si parietes de nouo reparati: sexto, propter adulterium. Item altare exsacrato non consecratur ecclesia, sed ipsum, & contra. Item per adulterium, & homicidium non reconsecratur ecclesia.

CAP. *Si motum*. Si motum fuerit altare, ecclesia denuo consecretur: si parietes mutantur, & non altare, sale tantum exorcizetur: si homicidio, vel 5
adulterio violetur, expurgetur, & denuo consecretur. GLOS. Loquitur de altari, ad cuius honorem ecclesia est consecrata, si sit mutatum ita, vt amittat formam per diminutionem, vel augmentum. Item de mensa principali, si aufertur, vel enormiter frangitur vltra dimidietatem. Item tabula consecrata po-

ta potest transferri de loco ad locum, & non exsacratur. Item pro ecclesia non intelligitur altare, quia sunt distinctæ consecrationes, & vna potest esse sine altera. vide *de consecrat. eccl. vel altaris*. Item possunt omnes lapides inferiores altaris particulatim amoueri, & renouari, dummodo altare, & lapides illud tangentes maneant immoti.

6 CAP. *Ecclesijs*. Consecrata ecclesia non est iterum consecranda, nisi sit igne exusta, vel sanguine, vel semine polluta, vt baptizatus. GLOS. Si sit exusta pro maiori parte, vel destruatur interius, & exterius, secus non. Item consecratio ecclesiæ maximè consistit in vnctione exteriori, & coniunctione, & dispositione lapidum. Item per semen emissum per adulterium, vel fornicationem, polluitur, non per somnium, vel cum vxore, tunc enim non reconsecrabitur.

CAP. *Ecclesias*. Ecclesiæ Arianorum debent iterum consecrari catholicè. GLOS. Si non erant consecratæ in forma ecclesiæ, vel sine reliquijs.

CAP. *Arianorum*. Ecclesia quomodo est sanctæ Agatæ in regione suburra, erat Arianorum; & D. Greg. in fide catholica dedicauit.

CAP. *Agapitus*. Papa purgauit aliam Ecclesiam.

7 CAP. *De fabrica*. Si ecclesiæ aliàs fabrica fuerit diruta, & reparata sine altaris motione, non est denuo consecranda, sed satis est si in ea denuo Missa solemnizetur; si vero reliquiæ ab altari sint ablatæ, debent iterum reponi, & altare consecrari. GLOS. Quando fabrica per partes successiue ruit, & reficitur, non est reconsecranda, quia censetur eadem, & sacrum trahit ad se non sacrum, licet addatur in latitudine, vel longitudine, vel altitudine; secus si tota simul ruit. Item altaris, & ecclesiæ sunt distinctæ consecrationes.

CAP. *Nullus*. In ecclesia consecrata non erigatur altare, nisi ab Episcopo consecratum, vel per Missam sanctificatum. Item qui fingit dedicationem ecclesiæ, excommunicetur, vel degradetur.

CAP. *Placuit*. Altaria erecta propter somnia, & inanes causas, vel sine reliquijs in aquis, euertantur. quod si fit scandalum, moneatur populus, vt vitet illa loca.

CAP. *Ecclesiam*. Non licet consecrare, vel in ecclesia Missas dicere, in qua paganus sepultus est, nisi prius foras cadauer eijciatur, & ecclesia mundetur. GLOS. Si fœmina prægnans moriatur, potest in ecclesia sepeliri, quia est pars matris, licet consueuerit aperiri, & fœtum extra cœmiterium sepeliri.

8 CAP. *Non debet*. Consecrari ecclesia, in qua sunt sepulta cadauera infidelium, nisi eiectis infidelibus, & rasis signis, & parietibus restauretur: sed si non erat consecrata, & sepulti erant fideles, possunt in ea Missæ dici. GLOS. Cadauera infidelium eijcienda auctoritate Episcopi, vel Principis. Item rasis muris, idest dealbatis de nouo post rasuram. Item si fideles, & infideles discerni non possunt, neutri exhumandi.

CAP. *Non oportet*. Non licet super monumenta mortuorum dicere Missam, vel ministrare ecclesiam, vel oblationes offerre, sed in ecclesia, vbi sunt reliquiæ: nec licet christianis deferre prandia ad sepulchra mortuorum, vel sacrificare mortuis. GLOS. Erat mos gentilium in Februario.

CAP. *Concedimus*. Si ecclesiæ consecratæ fuerunt combustæ, conceditur vt in capellis non consecratis celebretur cum requisitis, donec restaurentur consecratæ. Item itinerantibus si deest ecclesia, possunt celebrare sub dio, vel

vel in tentorijs, si habent necessaria. GLOS. In capellis cum licentia Episcopi. *c. vnicuique*, infra.

CAP. *Altaria*. CAP. *Altaria*. Altaria non nisi lapidea possunt consecrari, idest chrismate vngi cum benedictione sacerdotali. Item Episcopi comprouinciales circa celebranda diuina officia seruent ordinem Metropolitani.

CAP. *Vnicuique*. Est licitum cuique in domo sua habere oratorium, & 9
ibi orare, sed non Missas celebrare. GLOS. Oratorium non sacrum. Item Missam de licentia Episcopi in necessitate.

CAP. *Clericos*. Clerici, qui ministrant, vel baptizant in oratorijs, quæ domi sunt, sine consensu Episcopi, deponantur. GLOS. Idest ministeria, & officia in horis diurnis, & nocturnis.

CAP. *Si quis*. Ad vitandam fatigationem habens licentiam audiendi Missam in oratorijs priuatis, tenetur in diebus solemnibus, vt in Paschate, Natali, Epiphania, Ascensione, Pentecoste, Natali sancti Io. Baptistæ audire Missam in ciuitate, vel in parochia: & clerici, qui sine licentia Episcopi in his festiuitatibus ibi celebrant, excommunicentur. GLOS. Idest in oratorijs priuatis; secus in publicis, quæ populus facit. *c. audientium, de ecclesijs ædificandis*.

CAP. *Tribus de causis*. Ecclesia potest transmutari, vel ob necessitatem in persecutione, vel ob difficultatem locorum, vel quando homines mali grauant. GLOS. Propter aeris intemperiem. Item propter malitiam populi transfertur sedes, vel Episcopus renuntiat propter malitiam populi, vel propter meliorationem.

CAP. *Corpora*. Corpora Sanctorum, idest reliquiæ, non transferantur de loco ad locum sine licentia Superioris, vel Papæ. GLOS. Et si est scandalum Principis patroni, &c.

CAP. *Ligna ecclesiæ*. Ligna ecclesiæ consecratæ non debent conuerti in 10
vsum laicorum, nisi in aliam ecclesiam, vel comburantur, vel ad vsum monasterij fratrum. GLOS. Non indifferenter, sed in capitula, & dormitorio, vel alijs religiosis locis, non in culina, vel in vineis pastinandis.

CAP. *Altaris*. Altaris palla, cathedra, candelabrum, velum, si sint vetustate consumpta comburantur, & cineres in sacrario, ve pariete, vel fossa, ponantur. CAP. Pallæ dicuntur vestimenta altaris, idest sindones, & corporale quadrangulæ, vt pallium muliebre, quod palla dicitur. Item velum, idest cortina, vel pannus altaris.

CAP. *Nemo*. Nemo mortuum inuoluat palla altaris, vel mensæ Domini; qui contra facit, si est diaconus est suspensus tribus annis, & sex mensibus, presbyter non monens x. annis. Item pallas, & vela, idest ornamenta altaris, seu cortinas lauent diaconi, non extra sanctuarium, sed separatim in propria pelui noua, & in eo vase nil aliud lauetur. Item vela ianuarum, idest cortinæ, seu calicis in alio vase lauentur. Item tergantur manus ad velum ianuæ Domini. GLOS. Clerici mortui bene, induuntur vestibus sacris. Item derogatur pœnis consuetudine contraria.

CAP. *In sancta hac*. Sacra vasa non possunt tangere, nisi homines sacrati, & Deo dicati, vel seruiant alijs humanis vsibus, ne pro hoc peccato Deus puniat iniustos, & iustos.

CAP. *Vestimenta*. Vestes sacratæ sint honestæ, & non pro alio vsu, quàm ecclesiastico, nec debent tangi, vel ferri, nisi ab hominibus sacratis, ne puniantur, vt Balthassar.

CAP.

CAP. *Ad nuptiarum*. Veſtes ſacræ non ſeruiant in nuptijs, ne polluantur, & fiant indignæ diuino ſeruitio. GLOS. Ex veſte mulieris poteſt fieri capſula, contra gloſſam.

CAP. *Vaſa in quibus*. Calices, & patenæ non ſint ligneæ, nec vitreæ, licet prius ſacerdos nō aureis, ſed ligneis vterentur; nunc contra. GLOS. Sint aurei, vel argentei.

CAP. *Vt calix*. Nullus præſumat in ligneo, vel vitreo celebrare, nec in ære, vel aurichalco, ne ob rubiginem fiat vomitus, ſed in auro, vel argento: ſi pauper, ſtamno.

CAP. *Conſulto*. Corporalia non ſint ex ſerico, vel tincta, ſed ex lino cenæ munda, vti vitetur ſcandalum.

fol. 55. CAP. *Iacobus*. Solemnitas, ſeu ordo celebrandi Miſſam, fuit addita à Iacobo Apoſtolo, fratre Domini, & à Diuo Baſilio. GLOS. Forma ſubſtan-
1 tialis à Chriſto.

CAP. *Nocte ſancta*. In nocte Natiuitatis poteſt celebrari Miſſa, cum hymno Angelico, in reliquis temporibus non celebrentur Miſſæ ante tertiam horam, in qua fuit crucifixus. GLOS. Prima circa medium noctis, quando Chriſtus eſt natus; ſecunda, dum dieſcit, ideſt tempus legis; tertia, in die, ideſt Euangelij. Item communiter in die, quia eſt tempus gratiæ. Item Hilarius addidit ad gloriam.

CAP. *Sacramenta*. Miſſa fiat à ieiuno, excepto die Anniuerſario. GLOS. Hoc eſt derogatum contraria conſuetudine. Item, an qui cœnauit, & non dormiuit, nec digeſſit, dicatur ieiunus. Reſp. ſic contra gloſſam.

CAP. *Solent*. Qui in Quadrageſima comedunt, audita hora Nonæ, antequam Veſpertinum officium celebratur, non ſunt credendi ieiunare, ſed auditis Miſſis, & Veſpertinis officijs, & factis eleemoſynis comedant, & qui eſt impeditus, completa ſua oratione hora Veſpertina comedat.

2 CAP. *Neceſſe*. Miſſa poteſt dici mane ante Tertiam, pro commoditate plebis. GLOS. Illud capitulum, nocte ſancta non, niſi in Tertia: vel eſt abrogatum, vel de ſolemni, hic de priuato.

CAP. *Et hoc*. Priuatæ Miſſæ non ita ſolemniter dicantur, vt populum detineant, ſed cant ad ſolemnem hora Tertia.

CAP. *Sufficit*. Vnus ſacerdos vnam Miſſam dicat in die, quia Chriſtus ſemel mortuus eſt, & qui plures dicit adulando, vel pecunijs, damnabitur. GLOS. In neceſſitate poteſt dicere alteram, non Tertiam, ſi eſt ieiunus etiam à purificatione. Item quicquid miſcetur ſanguini Chriſti, non fit ſanguis.

CAP. *De hymnis*. Exemplo Chriſti, & Apoſtolorum eccleſia, & Doctores componunt, & canunt hymnos, ſic alias orationes, &c. in officijs diuinis: qui negant, excommunicentur.

CAP. *Hi duo*. Duo hymni in nouo Teſtamento ab Angelis cantati, ideſt Alleluia, & Gloria in Excelſis, à Septuageſita, quando memoratur lapſus hominis, vſque ad Paſcha, ideſt per ix. hebdomadas omittantur, ob nouem choros Angelorum priuatos reſtauratione, donec Chriſtus reſurrexit, tunc Alleluia. GLOS. Tot homines aſcendent, quot Angeli ceciderunt.

CAP. *Porrò*. Epiſcopus in Cœna Domini dum conficit chriſma, in Miſſa cantant Gloria in Excelſis Deo, & Archiepiſcopus vtitur pallio Apoſtolico.

3 CAP. *Nullus*. Epiſcopus, presbyter, diaconus non intrabit ad celebranda ſo-

dā solemnia Missarum cum baculo, nec assistet altari capite velato, & qui secus suspendatur. Item qui Missam incœpit, non relinquat, vt alter perficiat. nisi impeditus aliqua graui passione; qui secus, suspendatur à Christi corpore. GLOS. Vel vt baptizet puerum. Item Episcopus dum prædicat debet habere mitram, & baculum. Item qui non potest sustentari in altari sine baculo, non est ordinandus presbyter.

CAP. *Vt illud*. Dicens Missam, vel horas habeat aliquem propè, si fieri potest, qui in casu necessitatis suppleat defectum eius, & finiat.

CAP. *Episcopus*. Episcopus sacrificans habeat plures testes circa se, quam simplex sacerdos, & in solemnioribus plures diaconos, subdiacono minores induto, &c. & alios sacerdotes, &c. qui illum custodiant, & qui communicent, ni velint carere liminibus ecclesiasticis.

CAP. *Iubemus*. Non sufficit bona conscientia, sed propter maleuolos Episcopus debet habere in omni loco testes, idest duos presbyteros, & diaconos. GLOS. Quærat bonam famam.

CAP. *Hoc quoque*. Presbyter dum cantat missam habeat alios duos, qui respondeant ad Dominus vobiscum, & Orate fratres. GLOS. Sufficit vnus alter: imo in necessitate, vt si est inclusus, potest solus. Item illi plures possunt esse laici ex consuetudine. Item Episcopus primo salutat populum Pax vobis, vt Vicarius Christi, vltimo Dominus vobiscum.

CAP. *Omnes*. Populi audiant totam missam, & si ex contemptu non audiunt, vel noncommunicant, excommunicentur. 4

CAP. *Sacerdote*. Dum sacerdos prædicat in ecclesia, qui egredietur excommunicetur.

CAP. *Missas*. Sub præcepto præcipitur vt omnes die Dominico missam audiant, nec egrediantur ante benedictionem sacerdotis.

CAP. *Cum ad celebrandas*. Populus non egrediatur antequam missa solemniter compleatur, & vbi Episcoscopus non est, accipiat benedictionem sacerdotis. GLOS. Præsente Episcopo, & nolente benedicere, sacerdos, qui celebrauit, benedicat more solito.

CAP. *Qui die solemni*. Qui pretermisso conuentu solemni ecclesiæ, vadit ad spectaculum, excommunicetur.

CAP. *Episcopus*. Episcopus nullum prohibeat siue gentilem, siue hæreticum ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei vsque ad missam cathecumenorum. GLOS. De hæretico est abrogatum.

CAP. *Apostolica*. Dum legitur Euangelium in ecclesia, omnes stent, & attenti ac fideliter adorent. 5

CAP. *Omnis*. Quilibet procuret offerre aliquid inter missarum solemnia. Item ad Deum prius recurrendum in necessitatibus, quàm ad homines.

CAP. *Quando*. In oratione sunt expellendæ omnes extraneæ cogitationes, & soli Deo vacandum, Ideo in missa dicto, Sursum corda, resp. Habemus ad Dominum. GLOS. Secus est mendacium.

CAP. *Inuenimus*. Ecclesia Romana ab antiquo habet ix. perfectiones in missa. GLOS. Fuit addita decima, idest Æquum, & salutare. *distinct.* 7. *c. sanctorum*.

CAP. *Visum praterea*. Quotidie in omni missa debet orari pro defunctis, idest in secreta, & ecclesia communis mater orat pro non habentibns parentes, vel amicos.

CAP.

CAP. *De nominibus.* Superfluum est recitare nomina eorum,pro quibus missa dicitur, præsertim ante oblationem.

Distinctio secunda. De Eucharistia.

6 CAP. *In sacramentorum.* In missa panis tantum,& vinum non solum,sed aquæ permixtum affertur,quia vtrunque fluxit à latere Christi. Item misceatur passio Domini. GLOS. Vinum, & aqua, non vt duo, sed vt vnum compactum transmutat. *c.cum morte de celeb.Missarum.* Item in Calice quanta aqua sit ponenda, est in arbitrio prouidi sacerdotis, sed semper plus de vino, quàm de aqua, licet alicui videatur medietas aquæ.

CAP. *Sic in sanctificando.* Pro sanguine non debet poni aqua sola, vel vinum solum, sed vtrumque mixtum, sicut pro corpore non farina sola,nec aqua, sed panis. GLOS. In nectare, vel vino cocto secundum aliquos conficeretur, sed verius quod non: idem de aceto, sed in acido sic, sed peccaret; in agresta non, in musto sic, si ex vuis, sed quando incipit esse vinum, & vsus consulendus est, sicut panis debet esse ex frumento, & non ex alio; & si alia farina misceatur, illa non transubstantiatur. Item si farina non cum aqua, sed cum alio liquore misceatur,non fit,in fermentato fieret.

7 CAP. *Scriptura.* Vino misceatur aqua, & si aliquis antiquus ex ignorantia aliter fecit, est venia dignus, nos non. GLOS. Ignorantia iuris excusat saltem in parte.

CAP. *Non oportet.* Præter panem, vinum, & aquam nil aliud in sacrificio offerendum, & illa tria sunt vnum in Christo Iesu. Nota: glossa male dicit, quod mutentur in tria.

CAP. *In sacramento.* In Eucharistia non offertur nisi panis,& vinum aqua mixtum, quæ tradidit Christus. GLOS. Ex parte de lolio non fit, si frumento addatur piper, piper non fit.

CAP. *Didicimus.* Vua in missa non benedicatur cum forma consecrationis, sed alia benedictione fructuum, & detur populis.

CAP. *Cum omne.* Reprehenduntur errores quorundam in sacrificio missæ. Primo offerre lac pro vino; secundo, intinctam Eucharistiam sanguine dare populis; tertio botrum integrum sacrificare, & postea expressum in ecclesia dare populis; sed ex musto, & aqua in necessitate potest consecrari; quarto,pannum lineum intinctum musto seruare & in missa partem eius lauare, & offerre, sed sacrificetur solum panis, & vinum aqua permixtum; qui aliter facit, sit suspensus.

8 CAP. *Nihil.* Non est potior, vel maior oblatio corpore Christi: ideo debet pura mente sumi, & super alia coli.

CAP. *Pacem.* Pax in Missa est danda non ante sumptionem, sed post consecrationem, & significat populum consentire actis. GLOS. In Defunctorum missa non datur pax, quia iam quiescunt. Inter Monachos in Missa non datur pax,quia sunt mortui mundo.

CAP. *Peracta.* Consecratione finita, omnes communicent. GLOS. Iam est correctum,ter in anno, hodie semel. *c.omnis de pœnit.*

CAP. *Relatum.* Sacerdos quoties dicit missam, toties communicet: si secus, est suspensus per annum à communione.

CAP. *Comperimus.* Est sacrilegium,si celebrans in missa accipiat corpus, & non

& non sumat sanguinẽ,quia non accipit integrum sacramentũ. GLOS. Quoad species ; licet sub vna specie sit totus Christus cum corpore , & sanguine. Item loquitur de sacrificante,non de laicis.Item hæc propositio non est vera, vinũ transubstantiatur in corpus: sed in sanguinem. sed vbi est sanguis Christi, est caro per concomitantiam . Item pupillus necesse habet omnia negotia quæ fecit tutor, rata habere,vel respuere .

CAP. *Quotidie* . Singulis diebus communicare Augustinus nec laudat , nec vituperat, sed vnusquisque faciat prout iudicat sibi vtile, vt Zachæus , & Centurio .

CAP. *Si quotiescunque* . CAP. *Si non sunt* . Qui non est in peccato mortali potest communicare , & semper , si semper remittitur peccatum ; qui semper peccat , semper indiget medicina .

CAP. *Et si non*. Laici saltem ter in anno communicent, idest in Pascha , Pentecoste , Natali , si est dispositus . GLOS. Vide *c.omnis , de pœnit.*

CAP. *In cœna*. In cœna Domini omnes communicent secundum vsum ecclesiæ . CAP. *Si quis*. Qui luxuriose , & praue viuunt , & ideo non communicant , excommunicentur . 9

CAP. *Seculares*. CAP. *Hi qui*. Qui non communicant tempore debito , nec eos pœnitet , excommunicentur , & non credantur catholici .

CAP. *Omnis homo*. Ante communionem vir abstineat tribus,vel quatuor, vel octo diebus ab vxore . GLOS. Hoc est præceptum . Item quantum in se est non petat , sed reddat .

CAP. *Triforme* . De Hostia consecrata fiunt tres partes , vna in calicem significat Christum resurrexisse, secunda comesta Christum ambulantem , in terra , tertia in finem , idest in sepulchro . GLOS. Hodie duæ comeduntur .

CAP. *Tribus*. Qui sunt in sacris tractent sacramenta . Item non consecretur , nisi quantum sufficit pro populo ; & si superest , clerici communicando sumant . Item qui communicant non statim comedant,sed expectent de mane ad sextam , vel si in tertia , vel in quarta hora expectent vsque ad Vesperam . Item fragmenta non dentur extraneis .

CAP. *Qui scelerate* . CAP. *Timorem* . CAP. *Et dixit* . Quomodo debet esse dispositus qui communicat . GLOS. Agit de verificatione famæ consecrationis .

CAP. *Si per negligentiam*. Si ex negligentia aliquid sanguinis stillat in terram , lingua lambatur , tabula radatur , vel locus corradatur , igne consumatur , & cinis condatur intra altare,& sacerdos pœniteat quadraginta diebus ; si super Altare, tribus diebus ; si ad secundum linteum , quatuor ; si ad tertiam, nouem ; si ad quartam, viginti . Item linteamina lauentur ter supposito calice, & ablutio condatur sub Altare . GLOS. Pœniteat, idest ieiunet , & abstineat à communione . 10

CAP. *Si per ebrietatem* . Qui euomit Eucharistiam ex infirmitate, pœniteat septem diebus; si ex voracitate, laicus quadraginta, Clericus,70. Episcopus nonaginta .

CAP. *Peruenit*. Sacerdos ministret sacramenta per se ipsum , secus deponatur . GLOS. In necessitate potest Eucharistiam ministrare per diaconum , vel per laicum catholicum .

CAP. *Sacerdotum.* Laici non ingrediantur presbyterium, ideſt locum clericorum, dum Miſſa celebratur. CAP. *Inſtitutum.* Miſſa in Metropoli, & vbique celebretur.

CAP. *Sacrificium.* Sacrificium viſibile eſt inuiſibile ſacramentum, ideſt ſacrum ſignum: & ſacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.

fol. 56. CAP. *Signum.* Signum eſt, quod per ſe aliud ſignat.

1 CAP. *Species.* (vſque ad Cap. *forte*.) Poſt conſecrationem ſub ſpeciebus eſt corpus, & ſanguis Chriſti, & quare iturus in cœlum ſe hic reliquit, & quare ſub ſpeciebus panis, & vini. (vide ibi.)

CAP. *Prima.* CAP. *Non hoc.* CAP. *Quid eſt.* CAP. *Vt quid.* Chriſtus non manducatur in forma cadaueris, vel carnis in macello, vt intellexerunt diſcipuli, durus eſt hic ſermo; ſed in modo ſacramentali, quod vocatur ſpiritualis; & modus manducandi eſt, ſi manet in Chriſto, & Chriſtus in ipſo, ſecus qui accipit ſacramentum acquirit magnum tormentum: & ſi non potes habere ſacramentum, crede, & manducaſti.

CAP. *Hoc eſt.* CAP. *Dupliciter.* CAP. *Quia.* CAP. *Semel.* CAP. *In Chriſto.* In ſacrificio eccleſiæ eſt ſacramentum, ideſt ſpecies continentes; & res, & ſacramentum, ideſt Chriſtus, qui licet ſemel mortuus ſit, & iam amplius non moriatur, tamen idem Chriſtus, qui eſt in Cœlo, quotidie offertur in Euchariſtia in memoriam illius oblationis cruentæ.

CAP. *Liquido.* Licet Chriſtus Apoſtolos pranſos communicauerit, vt in vltimo loco tale beneficium daret, tamen Chriſtiani ieiuni debent communicare ex præcepto Apoſtoli.

2 CAP. *Panis.* (quod eſt cap. 55. vſque ad cap. 66.) Panis per verba Chriſti, qui fecit omnia, mutatur in corpus Chriſti: & iſte panis ſuſtentat animam, ſi digne ſumatur. & declaratur iſta diſpoſitio, tandem ſic viue, vt merearis quotidie illum accipere.

CAP. *Non prohibeat.* Diſpenſator, ideſt ſacerdos, non prohibeat peccatorem ſecretum manducare in menſa Domini, ſed moneat timere exactorem, ideſt Deum.

CAP. *Sicut Iudas.* Qui indigne accipit, accipit bonum ideſt corpus Chriſti, ſed male ideſt in ſuam damnationem.

CAP. *Re vera.* (quod eſt 69. vſque ad CAP. *Presbyter.* Quod eſt 93.) figuris, & exemplis declaratur tranſubſtantiatio, & eſt verum, & reale corpus Chriſti, & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus; & Chriſtus per partes manducatur in ſacramento, ſed integer totus perſeuerat in cœlo, & corde tuo, & in ſingulis portionibus ſacramenti integer Chriſtus ſumitur: & quare aqua miſceatur vino.

CAP. *Presbyter.* Presbyter ſemper habeat Euchariſtiam paratam pro infirmis, vt ſtatim eos communicet, & ne moriantur ſine communione. GLOS. Sanguis non eſt ſeruandus.

3 CAP. *Qui bene.* Qui bene cuſtodit Euchariſtiam, ſi mus, vel animal illud comedat, pœniteat 40. diebus: qui illud perdit in eccleſia, vel pars eius cadit, & non inuenitur, pœniteat 30. diebus. GLOS. Secus in vino, ſupra *c. ſi per negligentiam*.

CAP. *Pro dilectione.* Hiſtriones non ſunt communicandi, quia infames. GLOS. Loquitur de publico, & notorio. Item qui eſt in peccato mortali noto-

notorio, non est communicandus. Item filius, qui se mimis, vel arenarijs se sociat, est exhæredandus. Item nisi histriones fuerint conuersi.

CAP. *Scenicis*. Scenicis, histrionibus, & similibus, & apostatis, si conuertantur ad Dominum, non negetur gratia, & reconciliatio.

CAP. *In altari*. In altari, in quo Episcopus celebrauit, nullus presbyter eadem illo die audeat celebrare. GLOS. Nisi de licentia Episcopi, vel vrgente necessitate.

Distinctio tertia. De solemnitatibus festiuitatum.

CAP. *Pronunciandum*. Festa de præcepto sunt nuncianda populo, & quæ sint numerantur (vide ibi.) Item indictum ieiunium quando fuerit denuntiatum, ab omnibus obseruetur. Itē festa sunt à vespere vsque ad vesperam. GLOS. Dies secundum Canones incipit à vespere ad vesperam. *cap. 1. & 2. de ferijs*, secundum leges à media nocte: & hodie quoad iudicium dies protenditur vsque ad tenebras; sed quoad solutiones, & carnes comedendas à media nocte ad mediam noctem; sic lex, & consuetudo, vel vsque ad diluculum. *infra, eadē de esu*. 4

CAP. *Irreligiosa*. In festis prohibeantur saltationes, & turpes cantici, quia turbant officia, & sunt irreligiosa.

CAP. *Rogationes*. Per tres dies ante Ascensionem fiant processiones, & ieiunent, vt in Quadragesima, & serui relaxent laborem. GLOS. De isto ieiunio non præcipitur, sed suadetur. Item serui non sunt de plebe.

CAP. *Episcopus*. Episcopus diebus dominicis non debet deesse ecclesiæ, cui proximus fuerit, nisi infirmitate impediatur. GLOS. Ex hoc Episcopus diebus dominicis debet interesse diuinis officijs in ecclesia Episcopali, in qua vt reliqui sacerdotes præcipitur residere. *c. peruenit. 7. q. 1.* & communiter habitare cum suis clericis apud ecclesiam suam. *Distinct. 41. c. Episcopus villam*.

CAP. *Nulli*. In Paschate, Natali, Quadragesima nullus ciuis celebret solemnitatem in villa, nisi infirmitas excuset. 5

CAP. *Sacerdotibus*. Ante solemnitatem Paschæ, non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur. GLOS. Loquitur de ieiunio generali, quod omnibus indicitur, *sup. dist. 4. c. statuimus*. de speciali, quod suadetur clericis. Item ieiunans dum comedit, si ante finitum prandium surgit à mensa ad faciendum mandatum; & postea reuertitur ad mensam, satisfacit ieiunio.

CAP. *Non licet*. CAP. *Non oportet*. Non licet in quinta feria vltimæ septimanæ ieiunium soluere, & sic totam exhonorare Quadragesimam, sed tota ieiunanda. GLOS. Qui vno die non ieiunat, nihil putatur ieiūnasse.

CAP. *Placuit*. In Quadragesima exceptis diebus dominicis omnes dies etiam sabbati, id est Paschatis, ieiunandi: finita sacerdotali oratione, & communione ieiunent. GLOS. Non comedant, nisi post nonam finitis officijs vespertinis.

CAP. *Quoniam sunt*. In diebus dominicis, & Pentecostes, stantes, non flexis genibus orationes dicamus.

CAP. *De esu carnium*. Debemus abstinere à carnibus (Textus dicit ieiu- 6

M 2 nare)

nare) feria quarta, & feria sexta, incipiendo à principio noctis feriæ quartæ vsque ad diluculum quintæ feriæ. GLOS. De quarta feria est consilium, de sexta est præceptum. An in die sabbati possint comedi carnes. Resp. non *e.quia dies, de, quinta infra*: De ieiunio vero in sabbato fuit consilium *ibidem e.sabbato*.

CAP. *Peruenit*. Non est prohibendus labor in die sabbati, quia esset iudaizare, nec prohibendum se lauare in die dominico pro necessitate corporis.

CAP. *Sabbato*. Sabbatis ieiunandum, quia in triduo sepulturæ Apostoli ieiunarunt; Hinc ante Pascha tunc non fit Eucharistia in ecclesia.

CAP. *Ieiunium*. Dominica, & quinta feria non ieiunandum, vt differamus ab infidelibus, & hæreticis. GLOS. Non licet in contemptum, secus sic.

CAP. *Ne quis*. Nec die dominico ieiunare, nec in Quadragesima extra ecclesias in latibula montium ex superstitione habitare licet, &c.

CAP. *Ieiunia*. Quarta feria, in qua Iudas cogitauit de traditione, & sexta, in qua fuit Christus crucifixus, ieiunandum; die dominico vacandum orationi.

7 CAP. *De pœnitentibus*. De more ecclesiæ pœnitens die Iouis cœnæ Domini est reconciliandus, nisi adsit periculum mortis, tunc prius, ne discedat sine communione. Item quanta pœnitentia sit iniungenda, consideret presbyter pro qualitate delictorum, & contritione pœnitentiæ.

CAP. *Literis*. Singulis annis in die Cœnæ Domini, idest in feria quinta vltimæ hebdomadæ Quadragesimæ, nouum Chrisma conficiatur, & vetus in sanctis ecclesijs comburatur: sic docuerunt Apostoli, & successores, & sic præcipitur. GLOS. Matrimonium dicitur nouum, quod non excedit annum 35. q. 2. c. 1.

CAP. *Crucis*. Mandatur celebrari festum inuentionis Sancti Crucis inuentæ v. Nonas Maij. GLOS. Non celebratur Asina, in quo equitauit Christus, quia fuit laus mundana.

CAP. *Aquam sale conspersam*. Aqua cum sale benedicatur à quolibet sacerdote ad purificandum, seu sanctificandum populo, quia sanctificat, mundat, purgat, multiplicat bona, insidias diaboli auertit, & defendit homines versutijs phantasmatum exemplo cinis vitulæ, & salis Elisæi.

CAP. *Nosse*. Pascha est celebrandum die Dominico, nec debemus discedere à capite, idest Papa, seu ecclesia Romana, & Hermæ Angelus dixit.

8 CAP. *Celebritatem*. CAP. *Pascha*. CAP. *Placuit*. CAP. *De obseruatione*. Omnes Christiani eodem die dominico Pascha celebrent, & à xiv. Luna primi mensis vsque ad xxi. diem eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas, & eodem tempore celebretur baptisma catechumenorum: sed si est necessitas, vel periculum, omni loco, & tempore possunt baptizari in mari, vel flumine, vel fonte, & feruent, quæ promittunt in baptismo, vt sint fideles, & infideles sunt infames. Item de annuntiatione Paschatis, vel Synodi non est in vsu. GLOS. Apud Hebreos primus mensis est Aprilis, & Agnus immolatur xiv. & non attendunt annum solarem, sed lunarem: & vocant primum mensem illud tempus, non quod nos vocamus Aprilem, sed lunationem Aprilis, idest illam, quæ terminatur in Aprili: vnde Pascha non debet esse ante xiv. lunam, nec ex præcepto ecclesiæ post xxi lunam Aprilis. & si

& si, xiv. Aprilis est dies dominicus, tunc est Pascha iudeorum, & nostrum erit xxi. ne conueniamus.

CAP. *Perlatum*. Imagines sunt retinendæ, quia sunt libri nescientium legere, & addiscimus per historiam picturæ quid sit adorandum, non adoramus picturam formaliter. GLOS. Aliquando probatur intentio, sed reprehenditur factum: vt hic, qui ne adorentur picturæ, fregit imagines. 9

CAP. *Venerabiles*. Christiani non vocant imagines Deos, nec eis vt Dijs seruiunt, vel adorant cultu diuino, nec spem salutis in eis ponunt, nec expectant ab his futurum iudicium, sed adorant, & venerantur ad memoriam, & recordationem primitiuorum.

CAP. *Sextam*. Quando depingitur Christus iuxta illud Ioannis, *Ecce Agnus Dei*, est depingendus in forma humana, & non Agni, quia figuris antiquis vale diximus. GLOS. Non licet in Cruce Agnum solum depingere, sed cum depingatur homo, non est inconueniens in parte inferiori depingere Agnum.

CAP. *Omnes*. Explicatur Mysterium Trinitatis, & vnitatis: vnde non est Trinitas nata de Virgine, crucifixa, mortua, sepulta, nec resurrexit, vel ascendit, sed filus tantumodo: nec Trinitas descendit in specie columbæ super Iesu baptismum, vel in linguis super Apostolos, sed tantum Spiritus Sanctus: nec Trinitas dixit de Cœlo, Hic est Filius meus dilectus, vel clarificaui, & clarificabo, sed tantum Pater; quamuis Pater, Filius, & Spiritus, sicut inseparabiles sunt, sic inseparabiliter operentur. 10

Distinctio quarta. De baptismo. fol. 57.

CAP. *Necessarium*. CAP. *Per baptismum*. CAP. *Firmissime*. CAP. *Non potest*. CAP. *Quod autem*. CAP. *Ex quo*. CAP. *Illud*. CAP. *Filius*. CAP. *Per aquam*. CAP. *Nunquam*. Baptismus est necessarius ad salutem, vt nascatur in spiritu, & euacuetur caro peccati, & concupiscentia mortificetur, vt non noceat, vt tollatur, vt non sit, nisi miraculo: & omnes nascimur in peccato originali in quo qui moritur, licet infans, est puniendus sempiterno igne, pro quo peccato prius erat circumcisio filijs Abrahe; & apud veteres pro paruulis sola fides, pro adultis sacrificium. Item in baptismo paruulorum fides offerentium prodest, & aquæ baptismi non purgarent, nisi essent sanctificatæ tactu corporis Christi. 1

CAP. *Non ratione*. CAP. *Duo tempora*. CAP. *Proprie*. CAP. *Si quis*. CAP. *De cathecumenis*. CAP. *Si qui*. CAP. *Venerabilis*. CAP. *Baptizandi*. Excepto casu necessitatis, quia tunc omni tempore, baptismus solemnis non fiat, nisi in Paschate, & Pentecoste, idest in sabbato.

CAP. *Constat*. Officium baptizandi est solius sacerdotis, sed in casu necessitatis si non adest sacerdos, baptizet Diaconus, immo & laicus fidelis.

CAP. *Mulier*. Mulier licet docta, & sancta, tamen non præsumat in conuentu docere viros, nec aliquos baptizare.

CAP. *In necessitate*. Si clerici absunt, in necessitate baptizet laicus. 2

CAP. *Quicumque*. Presbyter in quacunque Prouincia sit, si non vult baptizare infirmum, & infirmus moritur, deponatur.

CAP. *Romanus*. CAP. *A quodam*. Paganus, siue Iudæus, si in forma

Ecclesiæ, ideſt nomine Trinitatis, vel Chriſti baptizat, bene baptizat, & tenet. GLOS. In nomine Trinitatis explicite, ideſt Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Item in nomine Chriſti tenet, quia intelligitur vnctus, & à quo vngitur.

CAP. *Si inter bonos*. Per bonos, vel malos miniſtros ſemper idem, & æqualis baptiſmus datur, quia non eſt illorum, ſed Dei.

CAP. *Baptiſmus*. CAP. *Cum baptizatur*. CAP. *Si qui*. CAP. *Quamuis*. CAP. *Si reuera*. CAP. *Solet*. CAP. *Oſtenditur*. CAP. *Non illud*. Non merita miniſtrorum, ſed virtus Chriſti in baptiſmo operatur, vnde baptiſmus in bona forma datus à quocumque malo, vel hæretico, vel pagano, tenet; ſed ſi baptizarent in nomine Domini tantum, eſſet iterum baptizandus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: ſed ſi omnia ludicre, & inimice fierent, non eſt certum eſſe baptiſmum; ſed ſi vere quis baptizatur, ſed ficte tenet baptiſmus, ſed non recipit gratiam, niſi recedente fictione. Item ſi paruuli offeruntur ab eo, qui non credit baptiſmo, vere baptizati regenerantur.

3 CAP. *Baptiſmi*. Fides in Chriſto in caſu neceſſario, in quo baptizari non poteſt ſaluat, quia eſt baptizatus in voto; ſecus quando contemnitur in re. Item baptiſmus in infanti ſine actu fidei ſaluat.

CAP. *Si quicquid*. Cum baptizatur homo, non quicquid eſt in homine baptizatur. Quare ſi prægnans baptizatur, fœtus non eſt baptizandus, & natus eſt baptizandus.

CAP. *Sanctum*. Laicus etiam pœnitens, ſi baptizat in neceſſitate, tenet; & narrat Auguſtini quandam hiſtoriam.

CAP. *Cathecumenum*. Cathecumenus non ſaluatur, niſi martyrium, vel fides ſuppleat, & martyrium æquiparatur baptiſmo in multis.

CAP. *Hi, de quibus*. Baptizati in bona forma ab hæreticis non ſunt rebaptizandi, ſed reconciliet Epiſcopus imponendo manus, dicens: Accipe Spiritum ſanctum, & confirmet.

CAP. *Aliud eſt*. CAP. *Nullus*. CAP. *Quomodo*. CAP. *Tunc valere*. CAP. *Non in vobis*. CAP. *Ab antiqua*. CAP. *Eccleſia*. CAP. *Nunc autem*. CAP. *Cum tamen*. CAP. *Sortis*. CAP. *Eſt vnicus*. CAP. *Non eſt aqua*. CAP. *Siue hæreticus*. CAP. *Quos à Paganis*. In virtute Chriſti æque baptizant boni, mali, hæretici, ſchiſmatici, pagani, ſi ſeruant formam, nec baptizati ſunt rebaptizandi; ſecus, ſi ſine forma. Item ficte baptizatus non recipit gratiam, niſi recedente fictione per pœnitentiam.

4 CAP. *Siue paruuli*. Tàm à paruulis, quàm ab adultis ante baptiſmum eijciatur ſpiritus immundus per exorciſmos, & inſufflationes clericorum. GLOS. Ideſt eijciendus deſignetur, & etiam exorciſmus, ne tantum noceat, quantum nocere potuit prius.

CAP. *Ante baptiſmum*. Baptizatus prius debet inſtrui in fide Chriſti, vt ſciat cuius gratiæ eſt particeps, & cui deinceps fiat debitor, exemplo Chriſti in cœco nato.

CAP. *Ante viginti dies*. Cathecumeni viginti dies ante diſcant Symbolum, ideſt Credo in Deum, &c. GLOS. Sufficit quod ſenſum retineant, & exorcizentur.

CAP. *Symbolum*. Ante octo dies Dominicæ Reſurrectionis prædicetur Symbo-

Symbolum competentibus. GLOS. Competentes sunt, qui vtuntur vsu rationis, & eunt ad pœnitentiam.

CAP. *Cathechismi*. Cathechismus, idest instructio baptizandorum potest fieri à sacerdotibus in quacunque ecclesia. GLOS. Vltima consueuit fieri in baptismali ecclesia.

CAP. *Baptizandos*. Qui est baptizandus, in quinta die cœnæ Domini recitet memoria Symbolum. CAP. *Non liceat*. Ideo morentur per tres septimanas. 5

CAP. *Baptizandi*. Baptizandi dent suum nomen, abstineant à vino, & carnibus, & examinentur. GLOS. Sunt consilia, nec hodie fit, nisi examen.

CAP. *Postquam*. CAP. *Sicut nostis*. Baptizandi insufflantur, & exorcizantur, vt ab eis pellatur sæua potestas diaboli.

CAP. *Postea signatur*. Baptizandus signatur in fronte, & in corde, vt diabolus hoc signo intelligat illud vas esse alienum, idest alienandum.

CAP. *Ex hinc iam*. Orationes dicuntur, vt fiat cathecumenus, & sal benedictum infunditur in os, vt careat fœtore, & seruetur à vermibus per sapientiam.

CAP. *Sal cælestis sapientiæ*. Vt sapienter offeramus sacrificia. CAP. *De hinc*. Iterum exorcizatur, vt recedat, nec subuertat eum. CAP. *Sacerdotes*. Idem.

CAP. *Postea*. CAP. *Propter*. Saliua tangit nares, & aures: Dominus ephato, vt sapientia diuina aperiat nares ad odorem notitiæ Dei, Episcopus non tangit os, sed nares. GLOS. Non baptizato non est committenda prædicatio, nec communicet.

CAP. *Deinde*. Baptizatus vngitur in pectore cum oleo sanctificato cum inuocatione Trinitatis, vt in fide sanctissimæ Trinitatis custodiatur, & in scapulis, vt roboretur ad opera bona. 6

CAP. *Venit sacerdos ad fontem*. Benedicto fonte dicit preces, baptizat, descendit Spiritus sanctus in spiritu, sicut in baptismo Christi in columba, & Apostolis in linguis.

CAP. *Si non*. Benedictio fontis baptismalis est bona, etiam si verba precum cum vitio proferantur, sicut etiam forma baptismi valet. GLOS. Dummodo sensus remaneat.

CAP. *Prima igitur*. In ritibus baptismi declarantur mysteria. CAP. *Paruuli*. Infantes, qui nesciunt credere, alio profitente, idest fidem, baptizantur, vt surdus, & mutus alio profitente.

CAP. *Aegrotantes*. Ægroti, qui non possunt respondere, si sit signum voluntatis, baptizentur. Idem agendum est de pœnitentibus. GLOS. Ad dictum astantium.

CAP. *Nihil est*. Paruulum non fides voluntatis, sed sacramentum facit fidelem. CAP. *Cum pro paruulis*. Si adultus potest respondere, non valet, idest tantum si alius pro eo respondeat.

CAP. *Postquam*. CAP. *Si quis*. CAP. *De imma*. CAP. *Eodem modo*. CAP. *Multi sunt*. CAP. *In synodo*. CAP. *Hi vero*. CAP. *Propter*. Trina mersio significat, & Trinitatem, & post triduum sepulturæ, Christi resurrectionem: potest tamen baptizari cum vnica mersione, iuxta locorum

consuetudinem, quia in tribus personis est vna substantia. Item qui baptizaret in morte Domini, non teneret baptismus: sic in nominibus, non teneret, quia nomine intelligitur Deus. In nomine Christi, an teneat, est dubium, &c. Item qui baptizat, sed non in nomine Trinitatis, non baptizat, & non nominans aliquam personam non baptizat, & qui non confitetur filium non habet patrem, neque Spiritum sanctum, & qui non confitetur Spiritum sanctum, non habet filium, neque patrem.

7 CAP. *Retulerunt*. Qui ex ignorantia euertit grammaticæ formam, v. g. dicendo, in nomine patria, & filia, Spiritu sancta, vere baptizat, nec ille est rebaptizandus dummodo qui baptizat non velit introducere errorem, vel hæresim in Ecclesia. GLOS. Idest nolit facere, quod facit Ecclesia.

CAP. *Venisti*. CAP. *Postquam*. CAP. *Emersisti*. CAP. *Accepisti*. Vngitur post baptismum, vt vocetur christianus, & in vitam æternam, & in capite pro sapientia.

CAP. *Post baptismum*. CAP. *Accepisti*. Traditur candida vestis baptizato, vt conseruet puritatem, quam accepit.

CAP. *Iudæi*. Iudæi, quia perfidi sæpe deficiunt, saltem per viij. menses sint cathecumeni, sed si interim sint in periculo mortis, baptizentur. *cap. ne quod absit infra*.

CAP. *Plerique*. Iudæi baptizati, si iterum Iudæi fiant, puniuntur, & reuocentur, & separentur ab his filij, & serui: si fuerint circumcisi, fiant liberi.

8 CAP. *Primum*. CAP. *Omnis*. CAP. *Agunt*. Baptizandi adulti doleant de præteritis, & abrenuntient diabolo, & pompis, vt inchoent nouam vitam.

CAP. *Ne quod absit*. Iudæi ne eos pœniteat ob longam moram, post quadraginta dies pœnitentiæ baptizentur in die Dominico, vel festiuo. GLOS. Loquitur de baptismo non solemni, quia ille fit in Paschate, & Pentecoste. *c. venerabilis, eadem dist. supra*.

CAP. *Sine pœnitentia*. Pro baptismo non requiritur opus pœnitentiæ, sed sufficit fides. GLOS. In adultis requiritur aliquis dolor, sed non satisfactio. Item loquitur hic de omnibus, supra de Iudæis.

CAP. *In Catechismo*. Licet consuetudo sit, vt sint singuli patrini in catechismo, baptismo, & confirmatione, tamen, si necessitas cogit, potest vti in omnibus.

CAP. *Non plures*. In baptismo sit vnus tantum patrinus, siue mulier, non plures. Idem in Confirmatione.

9 CAP. *In baptismate*. Qui non est baptizatus, non potest suscipere in baptismo; nec qui non est confirmatus, in confirmatione. GLOS. Secundum aliquos non baptizatus, si leuat, non contrahit affinitatem; si baptizat, contrahit.

CAP. *Non licet*. Abbates, & monachi non debent suscipere de baptismo, nec habere commatres. GLOS. Sed baptizando possunt.

CAP. *Monachi*. Monachi non faciant sibi commatres, vel compatres, nec osculentur fœminas.

CAP. *Vos ante*. Leuantes de fonte sunt fideiussores pro eis apud Deum, quare eos doceant necessaria, & castitatem, & iustitiam, charitatem.

CAP.

CAP. *Omnis*. Qui pro baptiſmo non habet fontem lapideum, habeat proprium, & conueniens vas ad hunc vſum tantum, quod non transportetur extra eccleſiam. Item ad lauandum corporalia,& pallas altaris habeantur propria vaſa, in quibus nihil aliud fiat.

CAP. *Non licet*. Non licet fieri rebaptizationes, reordinationes,vel translationes Epiſcoporum. GLOS. Si neſcitur,an ſit baptizatus,debet baptizari, quia non reiteratur, quod neſcitur factum.

CAP. *Rebaptizare*. CAP. *De Arianis*. Rebaptizare baptizatum etiam hæreticum, qui fuit baptizatus, eſt magnum peccatum: & Ariani ſi non ſunt baptizati in Trinitate, baptizentur, ideſt ſi ipſi dicunt: ſi in Trinitate, tunc imponatur tantũ manus,vt accipiant Spiritum ſanctum. GLOS. Ariani ſi nil dicunt de forma,ſunt baptizandi; ſed ſi qui ſunt in eccleſia non,quia ſufficit ſi dicant ſe baptizatos. fol. 58.

CAP. *Paruulos*. CAP. *Placuit*. CAP. *Cum,itaque*. CAP. *Si multa*. 1
Paruuli, qui abſtracti à parentibus ignorant, an ſint baptizati, nec eſt qui teſtificetur, ſunt baptizandi; immo ſi non ſint teſtes certiſſimi, qui ſine dubitatione teſtentur eſſe baptizatos, & ipſi per ætatem neſciunt ſe baptizatos, ſunt baptizandi abſque vllo ſcrupulo. Similiter de Eccleſijs,quoties ſuper earum conſecratione hæſitatur,ſunt conſecrandæ,ſine alia trepidatione, quia non dicitur reiterari,quod omnino factum eſſe neſcitur,quamuis res debeat prius diſcuti, examinari, & longo tempore indagari. An probetur baptiſmus, niſi ſit periculum mortis; ſecus baptizetur, quia non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis. GLOS. In baptiſmo, & conſecratione eccleſiæ creditur teſtimonio vnius, non tamen in ordine, ſed in baptiſmo creditur vni, quando non ſit in præiudicium illius; vnde ſi contra ordinatum excipit vnus, quod non eſt baptizatus, non creditur. Idem ſi ad excludendum allegat. Item credendum eſt vni chriſtiano, & non pagano, vel iudæo teſtificanti. Item ſi recordetur, quod cum parentibus iuerit ad eccleſiam, & corpus Domini receperit,eſt præſumptio, quod fuerint baptizati; idem per auditum.

CAP. *Si ad matris*. CAP. *Qui in maternis*. CAP. *Si qua*. In vtero matris, non poteſt infans baptizari, quia non poteſt renaſci qui non eſt natus, nec baptiſmus matris prodeſt filio, quia non eſt pars matris. Item qui eſt in peccato mortali, & communicat, communio nihil illi prodeſt. 2

CAP. *Qui bis ignoranter*. Qui ignoranter ſunt baptizati, non poſſunt ordinari, niſi magna neceſſitas cogat; ſed non indigent pro eo pœnitere. Qui ſcienter ſunt bis baptizati,pœniteant per ſeptem annos: quarta & ſexta feria, & tres Quadrageſimas ieiunent in anno: ſi pro mundicia putauerint tribus annis. GLOS. Scienter rebaptizatus eſt perpetuo irregularis, cum ignoranter diſpenſatur. Item intelligit de ignorantia facti,quæ excuſat,nam iuris non excuſat.

CAP. *Eos, quos*. Epiſcopi, presbyteri,diaconi, qui ſpontanei, vel coacte conditionaliter ſunt ab hæreticis rebaptizati, ceſſent ab omni officio eccleſiaſtico, & pœniteant vſque ad finem, alij mitius puniantur ſecundum Nicenam ſynodum.

CAP. *Presbyteris*. CAP. *Presbyteri*. Presbyter etiam præſente Epiſcopo poteſt baptizare, & baptizatos vngere in pectore chriſmate conſecrato ab 3
Epiſco-

Episcopo tantum, non tamen in fronte. Item solus Episcopus in fronte vngit, idest chrismat.

CAP. *Si quis*. Non prohibetur pannum chrismate linire, & super alium baptizatum mittere. GLOS. Quo caput pueri circumcingitur, ne vnctio defluat.

CAP. *Si quis de alio*. Baptizatus est vngendus chrismate nouo accepto ab Episcopo; & qui præsumit vngere veteri, nisi in necessitate, punietur. GLOS. Vt *cap. si quis non raro. 24.q.3.*

CAP. *Presbyteri*. Curatus ante Pascha non, nisi à suo Episcopo petat chrisma, & per seipsum, vel alium eiusdem ordinis, & non per clericum minorem.

CAP. *Omni tempore*. Episcopus singulis annis conficiat chrisma, & destinet per diœcesim. Item diaconus, vel subdiaconus ante diem Paschæ ad accipiendum chrisma ab ecclesijs ad Episcopum mittatur. Item presbyter præsente Episcopo, non vngat in vertice baptizato, nisi de licentia Episcopi, nec prior Episcopo in baptisterium ingrediatur, nisi eo ægroto, vel absente.

4 CAP. *Nullus ministrorum*. Qui habet officium baptizandi, secum deferat chrisma ad vngendum in vertice. Item si baptizatus non fuit vnctus in vertice, Episcopus si hoc ei notificetur quando chrismat, vngat etiam in vertice eodem oleo, vel saltem post alius sacerdos; tantum suppleatur, & non omittatur.

CAP. *In Sabbato*. In Sabbato sancto, vel Pentecoste, si quis vult aquam benedictam ad aspergendum in sua domo, illam accipiat ante infusionem chrismatis. GLOS. Nam postea non licet, quia chrisma est sacramentum Ecclesiæ.

CAP. *Nec quemquam*. Aquæ benedictæ aspersio valet ad sanctificationem, & in baptismo spiritus non datur per partes, & gratia datur omnibus, & diabolus perdit vires per baptismum.

CAP. *Quando quis*. Non licet differre baptismum ad finem vitæ, & interim peccare, multi enim tales sine baptismo mortui sunt.

CAP. *Quaris à me*. Peccata parentum non nocent filijs, licet eorum oblatio, & fides prosit baptizando; Immo est fides Ecclesiæ in parentibus. Item recte pro paruulo non habente vsum rationis recte respondetur quod credit, licet nesciamus an sit futurus v. g. castus.

5 CAP. *In ecclesia*. Paruuli sicut in alio peccauerunt, ita per alios credunt, & gratiam recipiunt. Item qui non participat de corpore, & sanguine Christi, non saluatur.

CAP. *Nulli est*. Qui baptizatur fit particeps corporis, & sanguinis Christi.

CAP. *Si baptizata*. Natus ex baptizato debet baptizari, sicut natus ex circumciso circumcidebatur, quia qui non est natus, non renascitur.

CAP. *Vt ostenderet*. In baptismate omnia peccata moriuntur, idest delentur. CAP. *A paruulo*. Et in adulto omnia actualia remittit baptismus.

CAP. *Non regenerabuntur*. Baptismus Ioannis non remittebat peccata, ideo in aqua, & non in Spiritu sancto.

CAP.

CAP. *Regenerante*. In regeneratione carnali contrahitur solum peccatum carnale, sed in baptismo remittitur originale, & actuale: & si pueri moriuntur sine baptismo, erunt in damnatione, sed omnium mitissima. GLOS. Carebunt visione Dei, vel erunt in tenebris.

CAP. *Quisquis*. Genitus in peccato indiget renasci spiritualiter, & saluatur, & sicut per Adam nascimur in peccato, sic per Christum renascimur in gratia, & vita æterna. 6

CAP. *Paruuli*. CAP. *Mater Ecclesia*. Paruuli per fidem offerentium credunt, & renuntiant, & si adulti peccant, eis non prodest.

CAP. *Ecclesia*. CAP. *Nemo*. CAP. *Nulla*. CAP. *Ad hoc*. CAP. *Quis autem*. CAP. *Gratia*. Ecclesia per Spiritum sanctum dimittit peccatum, & sic solus Christus; cui per baptismum incorporantur, & sine quo non est salus, sic nec sine fide, & gratia, facit non solum remissionem peccatorum, sed vt lex impleatur, ita natura liberetur: fides non est liberi arbitrij tantum, sed donum Dei.

CAP. *Non ex quo*. Licet in baptismo tollatur peccatum originale, tamen fomes, & reliquiæ, &c. & differt ab actuali.

CAP. *Quando*. CAP. *Si eos*. Discipuli Christi fuerunt baptizati à Christo. 7
Hinc Petro dictum est, *Qui lotus est, non indiget, nisi vt, &c.*

CAP. *Non dubito*. Cathecumenus catholicus est anteponendus hæretico baptizato, & bonus cathecumenus malo baptizato, vt Cornelius Simoni.

CAP. *Verus*. Verus baptismus constat non tàm oblatione corporis, quàm fide cordis.

CAP. *Sicut*. Sicut in veteri Testamento erant aliqui spirituales, ita in nouo sunt aliqui carnales, sed hoc non facit ad rationem sacramenti.

CAP. *Placuit*. Qui dixerit Adam sic mortalem factum, vt etiam si non peccasset, mortuus esset necessitate naturæ, anathema sit. GLOS. Adam erat immortalis, idest poterat non mori, non autem non potens mori, & immortalis. Item semper fuisset iuuenis.

CAP. *Placuit*. Paruuli non solum pœnam, sed culpam peccati originalis contraxerunt à parentibus, quod per baptismum tollitur, & secus qui dicit, anathema sit.

CAP. *Placuit*. Gratia Christi, qua iustificamur, non solum valet ad remittendum peccata commissa, sed etiam ad iuuandum, vt non ea committimus, secus anathema sit.

CAP. *Quisquis*. Qui dixerit gratiam Christi in hoc non adiuuare ad non peccandum, quia manifestat nobis præcepta seruanda, sed non quod per illam nobis præstetur, vt diligamus, & facere valeamus quod monstratum est, anathema sit. 8

CAP. *Placuit*. Qui dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam tamquam sine illa possimus implere mandata, non ita facile tamen, anathema sit.

De

Distinctio quinta: De Confirmatione, Diuinis officijs, ieiunijs, & de Spiritu sancto.

9 CAP. *Omnes*. Fideles post baptismum confirmentur ab Episcopo per manus impositionem, & accipiant Spiritum sanctum, vt cor eorum dilatetur ad prudentiam, & constantiam.

CAP. *Spiritus sanctus*. Spiritus sanctus in baptismo dat innocentiam; in confirmatione augmentum gratiæ, idest roborat, & confirmat ad pugnam.

CAP. *De his*. Confirmatio ex eo, quia datur à solo Episcopo, est maius sacramentum baptismo, licet sint ita coniuncta, vt vnum sine altero perfici non possit.

CAP. *Manus*. Confirmatio non potest conferri nisi ab Episcopo, & si ab alio conferatur, non est sacramentum; nam sicut Apostoli tantum antiquitus illud conferebant; sic nunc non possunt, nisi eorum successores, idest Episcopi. GLOS. De licentia Papæ quilibet confirmatus potest confirmare, sicut quilibet ordinatus potest conferre ordinem, quem habet, de licentia Papæ.

CAP. *Nouissime*. Baptizatus confirmatur ab Episcopo in fronte, vt roboretur ad prædicandum baptismum, & vt accipiat plenitudinem gratiæ, scientiæ, sanctitatis, virtutis.

10 CAP. *Vt ieiuni*. Confirmandi veniant ieiuni, & perfectæ ætatis, & moneantur, vt prius confiteantur peccata; & nõ erit christianus, nisi confirmatus. GLOS. In Pentecoste, & duodecim annorum, & vt sit plene christianus quoad omnia. Item paruulus confirmatus habebit maiorem gloriam paruuli non confirmati.

CAP. *Vt Episcopi*. Episcopi non nisi ieiuni confirment, exceptis infirmis, & in periculo mortis, sicut in Paschate, & Pentecoste dant ieiuni baptismum.

CAP. *Dictum est*. Confirmatio non potest reiterari, sicut nec baptismus: & qui bis confirmatur, relinquat seculum, & viuat religiose, sicut qui bis baptizatur. GLOS. Si est necessitas, secus de iure sunt irregulares. *de Apost c. 2.* & *dist. 86. c. dictum, eod.* CAP. *De homine*. Idem.

CAP. *Nunquid*. Omnia sacramenta perficiuntur signo Crucis. GLOS. Refert factum, sed non negat, quod teneret sacramentum sine signo Crucis.

CAP. *Omni die*. Energumeni singulis diebus exorcizentur ab exorcista. Item ecclesiam verrant, & interim dentur eis elementa ab exorcistis.

CAP. *Neophyti*. Neophyti aliquando abstineant à lautioribus epulis, spectaculis, vxoribus.

fol. 59.

De officijs diuinis.

1 CAP. *Conuenit*. Post Antiphonas dicuntur ab Episcopo, vel presbyteris collationes, idest collectæ, & dictus omnibus decantentur hymni vespertini,

spertini, & matutini, & in conclusione matutinarum, vel vespertinarum, & Missarum post hymnos dicantur capitula, seu capita de psalmis, & plebs collecta oratione ab Episcopo cum benedictione mittatur, & hæc ab omnibus æqualiter custodiantur.

CAP. *Semper*. Post matutinas, & vesperas proferatur oratio Dominica à sacerdote. GLOS. Dicitur sub silentio, in primitiua ecclesia alta voce dicebatur.

CAP. *In die resurrectionis*. A die Resurrectionis vsque ad sabbatum in Albis, & die Pentecostes vsque ad sabbatum eiusdem, pro nocturnis dicuntur tres lectiones, & tres psalmi. Item per annum, & diebus festiuis nouem lectiones, & nouem psalmi. In alijs diebus duodecim psalmi, & tres lectiones. In Dominicis diebus xviij. psalmi (excepto Paschate, & Pentecoste) & nouem lectiones. Item qui quotidie dicunt tres psalmos, & tres lectiones, non faciunt secundum regulam sanctorum patrum, sed ex fastidio, & negligentia: sed statutum est fieri, vt supra.

De Ieiunijs.

CAP. *Quadragesima*. Demptis Dominicis, in quibus non abstinemus, ieiunium Quadragesimæ summè obseruetur ab omnibus, si infirmitas non impedit, quia in hoc soluimus anni decimam Domino, idest ex 365. erunt 36. sed vt impleatur sacer numerus Ieiunij Christi, sumimur quatuor dies præcedentis hebdomadæ. GLOS. Remanent quinque dies anni, & vj. horæ, quæ non decimantur Domino largi. Quod si rusticus colligit xxv. mensuras, de illis, v. non debet dare decimam. 2

CAP. *Ieiunia*. Ieiunia in ecclesia à sacerdotibus constituta sine rationabili necessitate non soluantur.

CAP. *Non dico*. Non solum per aliquot dies in hebdomada ieiunandum, sed omnibus diebus hebdomadæ.

CAP. *Sint tibi*. CAP. *Sint tibi*. Ieiuna quotidie moderate, nec post longam inediam ventrem obstruas.

CAP. *Contraria*. Præcepta medicinæ sunt contraria diuinæ cognitioni, à ieiunio reuocant: & qui se medicis dat, seipsum sibi abnegat. 3

CAP. *Quinque modis*. Gula nos tentat quinque modis, præueniendo tempus, vel cibo lautiori, vel accuratius præparato, vel in quantitate cibi, vel ex magno desiderio.

CAP. *Nihil enim*. Ieiunare, & orare, & alia opera religionis non prosunt, si mens non reuocatur ab iniquitate, & lingua ab obtrectatione.

CAP. *Non mediocriter*. Errat qui prefert minus bonum maiori bono, vt ieiunium charitati, vigilias integritati sensus. Item psalmus, vel Missa dum dicitur pro omnibus, non minus accipitur, quam si pro vno quolibet ipsorum diceretur.

CAP. *Ieiunium*. Perfectum, magnum, & generale ieiunium, est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sæculi. 4

CAP. *Discipulos*. Qui in necessitate accipit non est fur, quia voluntas, & non necessitas facit furem.

CAP.

CAP. *Quicquid*. Quod necessitate fit, citò soluitur; quod voluntate, perseuerat. GLOS. Cessante necessitate solui debet.

CAP. *Nihil enim*. Parcitas ciborum conducit ad sanitatem, & abundantia facit infirmitatem, &c. CAP. *Ne tales*, &. CAP. *Legimus*. Idem.

CAP. *Quia dies sabbati*. Admonemur, vt qui volunt esse participes Christianæ religionis, die sabbati abstineant à carnibus, nisi interueniat maior festiuitas, vel impediat infirmitas. GLOS. Est consilium, sed vbi est consuetudo est præceptum.

5 CAP. *Carnem*. Monachus non gustat carnem, nisi ægrotus: qui contrà facit, per sex menses pœniteat retrusus.

CAP. *Nunquam*. A sancto Hieronymo describuntur exercitia, & opera, in quibus Monachi debent se exercere perpulchre. (vide ibi.)

CAP. *In omnibus*. Idem dat regulas Canonistis, & clericis, vt viuant canonice. (vide ibi.)

CAP. *Nullus*. Presbyter in conuiuijs non se inebriet, nec offerat pocula, nec referat fabulas inanes, vel risus inconditos, nec cantet, nec turpia ioca, nec patiatur ante se fieri torniamenta, vel vrsos, vel laruas dæmonum.

6 CAP. *Non oportet*. Clericus non peregrinetur sine licentia Episcopi, nec laici sine canonicis litteris. GLOS. Loquitur de Cruce signatis.

CAP. *Non oportet*. Clerici non intersint spectaculis, quæ fiunt in conuiuijs, vel in scenis, sed discedant antequam mimi veniant.

7 CAP. *Fucare*. Mulieres christianæ, & multo minus iuuenes debent se fucis, pigmentis, vestibus, auro ornari, sed virtutibus.

De Spiritu sancto.

8 CAP. *De Spiritu*. Spiritus procedit à Patre, & Filio consubstantialis, & dicitur Filius clarificari à Spiritu sancto, cuius est eadem virtus cum virtute Christi; vnde Christus est etiam appellatus Spiritus veritatis, & sic omnia fiunt per Spiritum sanctum.

9 CAP. *Saluator*. Explicatur Trinitas, & declaratur, Non enim loquetur à semetipso, sed quæ audiet loquetur: &, de Filio sicut audio, & iudico: &, Non potest Filius facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.

Finis Decreti.

Errata sic corrige.

Pag. 1. lin 25 scriptam, scriptum 4. 11. lactea, *adde*, item permittuntur pisces, sed non parent pretiosa conuiuia: item vinum, sed non inebrientur. 5.31 ac, vt. 9 9. consuetudines, consuetudinis. 9 22. nec, ne. 9.41 ecclesia, *adde*, & mox iubet. 12.22. manuscula, munuscula. 14.11. cum petra, cum Petro. 16.15 Papa, Papæ ibidem, quando, *adde*, Diaconus. 17.28 ordinandus, ordinandos 18 6. ijs, in his. 18 9 in excommunicationem, in exorcizando. 18 24. effectiua, officia. 20.13. ecclesiasticam, ecclesiasticum. 21 14 tolletur, tolleretur. 24.20 dispositionibus, his passionibus 28 11. peritis, *adde*, discere. 30 19. presbyter, *adde*, inebrietur. 31 2. vsque, aspere. 32.7. non quærat, quærat 33.18 latet ex voluntate, *adde*, si ex voluntate. 34.1. degradatus, degradatum. 34 7. candemnati, condemnati. 34 19. simulatus, simulatas 35.10 mutilantur, mutilant. 40 32. communicet, *adde*, tantum. 41.5. consolari, consutari. 46. 27. insons, *adde*, deiici. 49.10. publicare, probare. 53.31. presbyteratum, presbyterum. 53.36. alterium, alterius. 54.28. satisfactionem, *adde*, contristantis. 56. 12 legi, loco 57.4. potest, peccat. 58 1 ecclesiis, ecclesiasticis 59 12 primares, primates. 62. 11. recipiunt, *adde*, lepram, non gratiam. 67 16 iecit, fecit poni. 68.17. edentionem, redemptionem. 68.33. ecclesiasticam, ecclesiasticum. 68 34. interdicitur, intelligitur. 71.28 a crimines, à crimine 72 40 celigionis, regiminis. 75 16 &, vt. 77 17. noluerit, voluerit. 82 35. si, siue. 85 41 conuersione, conuentione. 86.41. non, nam. 87 1 a de occultis, *adde*, non tamen infamate. 87.10 non præsumit, non præsumat 91.2. omne, omnes 99 20 domino, Domino. 101.1 licet, liceat. 101.30. minos, minoe. 104 10 ordinem ordinationem 105.20 seu simbolum, deleatur hoc verbum 105.22 diœcesim, per diœcesim 106 11. disponi, deponi 106.30 &, vt. 107.6. excommunicatione, excommunicatore. 109 1. decatu, eleuatum 109.10 eis, propriæ ecclesiæ. 110 19. de quatuor de quarta 112. 22. pecuniæ, precarie. 113.34. presbyteri, Pater. 113.26. presbyter, Pater. 113.37. presbytee, Pater. 114.19. suspectis in partibus, his qui suspenduntur in patibulo 119 7. mortui, monachi. 121.39. an, an si. 124 13 mœrori, onerosi 125 40. natione, donatione. 130.12. proponitur præponitur. 131.24 monasteria, Episcopia diruta. 132.31. debet, diem. 133.15 excommuniectur, excommunicentur. 133 16. in clero, in choro. 133.25. non, sic. 135.7. negotium, negotiorũ. 135 8. causa causas. 136 17 iurasse, iuramentum. 138.31. timendum, timidorum. 144 32. capi. priuilegia, cap. posteaquam 151.28. error, erro. 152.29 secu, secundus. 155 20 annullet, annullat 155.21 Resp *adde*, non. 155.21. si contrahat, si contrahant. 156. 13. corporalis quo, idest prolis, quæ. 158 4 restituere virginitatem, *adde*. idest non potest facere, quod non fuerit corrupta. 159 34. coniugi, coniungi 167 27. illicita, *adde*, non secundum. 168 31 veritas varietas. 170. 13. multos, multo 172.25. consecrari, non debet consecrari 172.43. Ecclesiam Eucharistiam. 173.28 in capitula, in capitulo. 174 4. a eptuagesima a septuagesima 176 4 affertur, offertur 182.20. baptizandus, baptizatus 182 37 baptizatus, baptizandus. 183.18 Dominus, dicitur. 184 29. vti, potest esse vnus. 185.54. sunt, sunt bis. 187.35. tamen, tamen remanet. 187.21. oblatione, ablutione.



TABVLA ALPHABETICA
Decreti Gratiani,
Ideſt Diſtinctionum, & Cauſarum, & de Conſecratione.

Primus numerus ſignificat folium. Secundus, numerum qui eſt in margine.

B

C

N 2 tudi-

Con-

Ebrie-

E

Ex-

F.

Ge-

Ma.

M

N

O


Pre-

S

Vifi-

FINIS.






REGESTVM.

✢ A B C D E F G H I K L
M N O

Omnes ſunt Quaterniones, præter ✢, & O, Duerniones.



ROMAE, Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti. M. DC. XXII.

SVPERIORVM PERMISSV.